كتاب

عجايب المقدور

في اخبار تيمور .

تاليف احمد بن عربشاه

AHMEDIS ARABSIADÆ

VITÆ ET RERUM GESTARUM

TIMURI,

QUI VULGO

TAMERLANES


DICITUR,

HISTORIA

TOMUS II.

PARS POSTERIOR.







فصل في ذكر ما وقع بعد وفاة تيمور من حوادث وامور وما ظهر من سرور وشرور ،

وكان لالله داد احد الخلان يدعى سعادات نسايب انه كان من ذوي النباهة والشهرة وهو احد الامراء الذين توجهوا لعمارة باش خمره فارسل قاصدا لالله داد انه ارتفعت مادة الفساد وان تيمور ترك تبعة الممالك وتوجه بتبعاته (٥٥) الي درك (٥٦) مالك فوصل القاصد بهذا السرور رابع عشر شهر رمضان من العام المذكور ففرج عن الله داد همه وازاح عنه غمه وغمه وكانه استانف له الحياة او رد راحلته التي عليها طعامه وشرابه بعد ان اضلها في فلاة وسياتي حكاية الله داد وامره وما جري له بعد ذلك الي اخر عمره ٠



ذكر

(٥٥) بتبعاته Schol. ad h. l. exponit بسبب ذنوبه



CAPUT XLVIII.

De casibus gravioribus, rebusque gestis post obitum Timuri, & quæ læta ac tristia fuerunt exorta.

Fuit *Allahdado* unus intimorum amicorum, nomine *Saädat*, Præfectus *Andechani*, Vir nobilis & inclytus, atque unus ex illis ducibus, qui profecti fuerunt ad ædificandam *Bas Chemram*, qui misso nuntio *Allahdadum* certiorem fecit, sublatam esse materiam grassationis, & desiisse *Timurum*, persequi Regna, cumque propter crimina sua abiisse ad sedem infernalem *Malechi* [Custodis Gehennæ]. Lætum illum nuntium accepit *Allahdadus* die 14 mensis *Ramadan*, anni supra memorati [807] qui *Allahdadum* a gravi sua solicitudine liberavit, & ab ipso suam anxietam removit, fuitque, tanquam *si novam ei vitam incboasset, aut jumentum, quo cibus & potus portatur, ei restituisset, postquam illud amisisset in deserto.* Historia autem *Allahdadi*, & res, ac fata ejus ulteriora usque ad finem vitæ ejus dein subjicientur.

CAPUT

(17) مالك nomen est *custodis Gehennæ*, uti رضوان *custodis Paradisi;* vid. *Cor. Sur.* XLIII: 7. & *Abulphar.* p. 396. unde *Schol.* ad h. l. subjicit اسم خازن النار.



ذكر من ساعده البخت واستولي بعد تيمور علي التخت،

فلما قضي تيمور نحبه وانكشف عن العالم كربه لم يكن معه في اجناده من اقاربه واولاده سوي خليل سلطان بن اميران (٨٨) شاه جغبده وسوي سلطان حسين بن اخته الذي هرب الي السلطان في الشام عند وروده (٩٠) فارادوا كتم هذه القضية وان لا يشعر بها احد من البرية فشاعت وراعت وعلي (٩١) رغمهم ذاعت فاضطربوا واضطرموا واصطدموا واصطلموا فاطلع الناس كلهم علي ذلك وفهموا وعلموا

(88) Mendose *Ed. Gol.* امران pro اميران, quod verum nomen est tertii Filii *Timuri*, sæpiusque in hac Historia recurrit.

(89) Conf. *Cap.* IV. ad quod hic loci respicitur.

(90) Corrupte vulgo legitur فاراد واكتم, pro فارادوا vel فاراد ان يكتم; ita quoque legit *Vatt. Ils voulurent cacher cette*



C A P U T XLIX.

Exponitur, quisnam, a Fortuna adjuvatus, ſedem Regiam, mortuo Timuro, obtinuerit.

Quando *Timur iter ſuum abſolvit* [mortuus fuit] ejusque adflictio a mundo fuit remota, neminem in exercitibus ſuis ſecum habuit ex propinquis & filiis ſuis, præter *Chalilum Sultanum*, Filium *Amiran-Sjahi*, nepotem ſuum, & filium ſororis ſuæ, *Sultanum Huſſeinum*, qui fugit ad (٩٠) *Sultanum* (Aegypti] in Syria ſub adventum ejus. Et voluerunt celare huncce caſum, ne ad ullius ex populo notitiam perveniret, ſed divulgatus fuit, & increvit, &, ipſis invitis, palam fuit factus. Cum enim in ſumma eſſent perturbatione & conſternatione, unusquisque hominum ejus rei cauſam exploravit, quando intellexerunt, & agnoverunt,

cette avanture. Idem refert ſcriptor *Hiſtoriæ Timuri*, quam e Perſica Latinam fecit *P. de la Croix. Tom.* IV. p. 231.

(٩١) *Ed. Gol.* mendoſe وعلي زعمهم داعت quod manifeſte corruptum ex علي رغمهم داعت. Eſt enim علي رغم ipſisſima formula, qua, *quid invito aliquo & ringente fieri*, exprimunt, cujus contrarium, علي زغم, *juxta opinionem eorum*, a loco noſtro prorſus eſt alienum Conf. p. m. 199.

وعلموا انه قطع (92) دابر القوم الذين ظلموا فجفلت
العساكر (93) واختلفوا وحملوا عظامه والي سمرقند قفلوا
وساعد خليل سلطان البخت (94) وخلا له الجو فاستولي
علي التخت وكان ابوه اميرانشاه متولي ملك اذربيجان
وما والاه وعنده ولداه عمر وابو بكر وبينهم وبين ما
وراء النهر من الأطواد والأشجار ماية سباج والف سكر
وكان ابو بكر هذا في الجغتاي من الفوارس
والضواريين بالبيض الهام والقوانس يذكر انه كان
يوقف (95) بقرة او ينبخ بكرة ويضربها بالسيف ضربة لا
ضربتين فيجعلها قطعتين مفصولتين واميرانشاه هذا قتله قرا
يوسف بعد تيمور واستخلص منه ممالك اذربيجان وولده
عمر قتله اخوه ابو بكر وابو بكر قتله ايدكوا متولي
كرمان (96) ومصافاتهم مذكورة وحكاياتهم مشهورة
وشاه رخ كان في هراة وممالك خراسان وبير عمر
كان في ولايات فارس وتلك البلدان وتيمور كان
جعل ولي عهده محمد سلطان وهو وان كان من احفاده
لكنه

(92) Formula est ex *Cor. Sur.* VI. 44. quæ paulo ante p. m. 492. usu quoque venit.

(93) Legendum puto واحتفلوا & *confluxerunt* a حفل, quod de exercitu copioso, ad instar fluminis pleno alveo se invehentis, speciatim adhibetur. Conf. ad *Ispaban.* p. 11.

runt, *excisas esse reliquias eorum, qui inique egerant.* Tum consternati exercitus sese verterunt, sublatisque ejus ossibus *Samarcandam* redierunt; *Sultan* autem *Chalil*, opem ipsi ferente Fortuna, & *libero usus aëre*, sedem Regiam obtinuit. Pater ejus *AmiranSjah* Præfectus erat Regni *Aderbigjanæ* cum suis ditionibus, & secum habebat duos suos filios *Omarum* & *Abu Becrum*, inter quos & *Transoxianam* obstacula erant, & claustra, centum sepimenta, & mille obices. Erat hic *Abu Becr* inter Zjagathæos ex equitibus, iisque, qui capita simul, & galeas gladio diffinderent, de quo fertur, illum bovem *sibi* constituisse, aut camelum sibi procumbere fecisse, eumque unico tantum gladii ictu medium dissecuisse. Quod vero adtinet ad *Amiransjahum*, hunc, post mortem *Timuri*, interfecit *Cara Jusuph*, ipsique provincias Aderbigjanæ eripuit; filium vero ejus *Omarem* interfecit ipsius frater *Abu Becr*, quem occidit *Idecou* Præfectus Carmaniæ. Horum autem acies & historiæ notæ satis. *Sjahruch* autem erat in [Urbe] *Herat*, & regionibus Chorasanæ. *Bir Omar* vero erat in ditionibus Persicis, istisque regionibus. Constituerat *Timur Muhammedem Sultanum* successorem suum, quem, etsi nepotem, filiis suis tamen prætulit, quoniam

(94) Conf. ad hoc Proverbium *Golii Adagia Arab.* p. 137.

(95) Conf. *Cl. Schult. Animadv.* p. 32.

(96) Ita emendat *Cl. Schult.* in *N. Criticis* vulgo receptum ومضافاتهم, pro quo certe aptius est ومصافاتهم, a صف, quod in III. *specie* notat *acie confligere.*

لكنه قدمه على اولاده لما لاح له من
فلاحه وظهور رشده وصلاحه وعانده
القضا فيما يروم ومات كما
ذكر (97) في اف شهر من بلاد
الروم وكان له اخ يدعى بير محمد فجعله
تيمور ولي عهده من بعده
فلما هجم عليه رايد
الموت واهاب روحه الخبيثة بازعج
صوت وكان مستغرقا في بحار غفلته (98)
مسترخيا ارخاء مهلته فذبحه
(99) اغتباطا وسام عسكره
اختباطا وكان ادراك من اولاده
واحفاده بعيد الدار مستقر القرار امنا من البوار فارغا
عن الدمار وهم كتيمور غافلون وبير محمد في قندهار
وهي بين حدي خراسان والهند وبينه وبين ما وراء النهر
سباسب وقفار ولم يكن اقرب الي دار الملك الذي
انشاه وهي سمرقند سوي خليل سلطان بن اميرانشاه مع
انه قطان الشتاء ونداه كان قد
بسط

(97) Conf. p. m. 146. T. 1.

(98) *Schol.* ad h. l. exponit اي متهاونا في الامور كتهاون الامهال.

quoniam in eo obſerbabat ſigna proſperitatis & conſpicua indicia pietatis ac probitatis, ſed obſtitit Fatum ejus voluntati, obiitque, uti ſupra memoriæ eſt proditum, *Ak-Sjabræ*, urbis *Anatoliæ*. Habebat vero fratrem, nomine *Bir Muhammed*, quem poſt eum *Timur* ſucceſſorem ſuum conſtituit. Quando autem in eum invaſit *Paſtor mortis*, *ſpiritumque ejus impurum terrifico clamore increpuit*, immerſus erat in maria incuriæ ſuæ, pro lentitudine ſua negligentius agens, tum [Paſtor mortis] *cum lætitia* eum mactavit, ejusque exercitum *disſipavit*. Eratque tunc temporis a filiis ſuis, & nepotibus longius remotus, in loco ſuo tranquille requieſcens, nullum metuens periculum, vacuus omni cura interitus. Illi æque, ac ipſe *Timur*, negligentius agebant, & *Bir Muhammed* erat *Candaharæ*, quæ ſita eſt inter limites *Choraſanæ*, & *Indiæ*, inter quam & *Transoxianam* intercedunt deſerta & ſolitudines, nec quisquam propior erat ſedi Regiæ, quam ſtabiliverat, *Samarcandæ* nimirum, quam *Chalilus Sultanus Fil. Amiranſjahi*, præterquam, quod *Gosſipiarius Hiemis*, *ejusque carminator expanderat ſuper*

(⁹⁹) *Schol.* اي فرحا بالظفر. Adhibetur nempe اغتبـاط de *paſtore*, *qui in grege ſuo pinguiores invenit pecudes*, quæ *eximiæ* ſint, eaque de cauſa ſibi gratulatur, Deoque gratias agit. Fluxit ea notio a ſignato illo uſu, quo Thema غبط in 1. ſpecie dicitur, de *vervece*, *cujus nates*, *& dorſum explorantur*, *an ſatis pinguis ſit.* Pulcre itaque Noſter manet in alluſione ad *Paſtorem Mortis*, in qua *pinguedo Timuri* ſpectat ad ejus *opulentiam*, & *Fortunam invidendam*, de qua *participium* مغبوط ſpeciatim frequentatur.

بسط علـــي فراش الأرض لحافه وندف عليه من اقطان الثاوج ما غطي وجه العالم واطرافه وطم ظهره واكتافه فلم يقدر احد من اوليك الحشرات ان يخرج راسه عـــن اللحاف او يضحك ثغر زهرة انملة في كم كمبم خوفا من جاني النسيم ان يبادرها باختطاف الاقتطاف فضلا ان يتمطي في فراش اهبة الي حركة سفر (١٠٠) فتمد يده نحو بطش او رجله نحو طواف فاستولي خليل سلطان علي ذلك (١) المغنم البارد من غير منازع وعديل واستبدل الملك بدل العالم مـن (٢) جهنهم الكوثر السلسبيل ونادي لسان السلطنة في رقعتها نعـم البديل بدلت عن بغيض بحبيب وعن عدو (٣) بخليل وتمكن مــن العساكر والامرء وخلاصة الجند واساطين الزعماء واحتوي علي تلك الامم وطوايف الروس من العرب والعجم وادخل عنق الجميع في

(١٠٠) Ita recte *MS.* pro فتمديده in *Ed. Gol.* & mox طواف, pro vulgato طراف.

(¹) Conf. ad pag. m. 364. n. 40. T. 1. ubi eandem habes *prædæ frigidæ* metaphoram.

(²) Apposite *Cl. Schult.* in N. Criticis sic emendavit vulgatum جنهم, pro quo legendum esse جهنم *Gehennam* docet oppositum الكوثر *Fluvius Paradisi*, de quo vide ad *Cor. Sur.*

ſuper ſtrato terræ operimentum ſuum, & ſuper illud excusſerat e gosſipiis nivium, quod coöperiret faciem orbis terrarum & latera, ejusque dorſum & humeros oppleret; neque adeo integrum fuit ulli ex *iſtis ſerpentibus*, *ut educeret caput ſuum ex epitogio*, aut ut *rideret os nudatum floris extremi digiti*, *in manica* [veluti in ſuo calice] *latentis*, *metu importunæ auræ*, *ne quantocius cum decerperet;* nedum, ut ſe *exporrigeret in lecto apparatus faciendi ad motum itineris*, aut *manus ejus extenderetur ad impetum*, *aut pes ejus ad discurſationem*. *Chalilus* itaque *Sultanus prædæ* hujus *frigidæ* ſine adverſario ullo, æmuloque compos factus eſt, mutavitque imperium, quin mundus, pro *Gehenna Paradiſum*, & proclamavit lingua Sultanatus in ſuo territorio: *ô præclarum ſuccesſorem! ſubſtitui, odioſo remoto, dilectum; remoto hoſte, Chalilum* [Amicum intimum]. Habuitque in poteſtate milites & duces, præſtantiſſimam militiam, & præfectos præcipuos, ſibique adſeruit gentes illas, & agmina præcipuorum ex Arabibus, & Barbaris, omniumque colla immiſit in funem obſequii,

Sur. CVIII. & conf. *Sur.* LXXVI: 18. unde illud Epitheton السلسبيل eſt depromtum. Sic etiam legit *Vatt.* Metaphoram vero *permutationis unius cum altero* deſumſit Noſter a *ludo Schacchico*, qua de cauſa *Imperii Territorium* appellavit رقعة, quod nomen eſt *Tabulæ*, ſive *ſtrati coreacei*, in quo *ludus latrunculorum* exercetur. Sic & alibi hunc *Ludum* propter aliquam, quam cum Regni oeconomia analogiam habet, ملك الشطرنج *Regnum Schatrangicum* dixit.

(¹) In voce خليل quæ *amicum* notat, ſimul alludit ad ipſum nomen Sultani *Chalili*.

في ربقة المتابعة وفتح لهم في
اسواق الصداقة حوانيت (4) الصلات (5) فعاملوه
بعقود المبايعة ولم يمكن احدا منهم الخروج عن الدخول
في الطاعة والتخلف عن المبادرة الي مبايعته في ذلك
اليوم ولا ساعة فاطلق لهم البشرة واحسن معهم العشرة
وكان يوسفي الخلق (6) خليلي الرفق اسمعيلي الصدق
جمع حروف الملاحة على صنوف الصباحة بنقش (7)
محاسنه. (8) كاتب الصنع بقلم (9) الكاف والنون على
احسن ما يكون من الحركات
والسكون.

(4) Ita commode corrigit *Cl. Schult.* corruptum الصلاة, pro quo unice hic quadrat الصلات *dona* a صلة, *munus*, quod a وصل.

(5) Eleganter hic ludit, anſa *metaphoræ* nata ex ambigua ſignificatione vocis مبايعة, quippe quæ ſignificat *negotiationem*, aut *mercaturam*, ſed etiam frequentatur de *inauguratione Imperatorum*, apud *Aſiæ* populos ſæpius *venali*. Quo ſenſu mox directe venit in iſto الي مبايعته, & apud *Elmacinum* quam plurimis in locis. Conf. *Hiſt. Sarac.* p. 84, 94. &c.

(6) Reſpicitur in voce خليلي q. d. *Abrahamicum*, ad nomen Imperatoris *Chalil*, & ad illum honoris titulum, quo *Abrahamum* ſolent inſignire OO. quippe qui خليل الله *Amicus*

obſequii, & aperuit *iis in foris liberalitatis officinas donorum*, *ubi cum eo transegerunt de pactis fidem obligandi*, nec quisquiam potuit ab introitu in obedientiam ſeſe ſubducere, & reniti ejus inaugurationi quantocius, hoc ipſo die, peragendæ, ne ad momentum quidem. *Explicuitque iis frontem*, & benigne iis fuit converſatus, fuitque alter *Joſeph* indolis bonitate; benignitate alter *Abraham;* ſinceritate alter *Iſmaël.* Junxit *Literas* [ſigna] venuſtatis juxta varias formas pulcritudinis. Bellas ejus qualitates *ſcriptor creationis calamo Kef & Nun* [ſive omnipotentiæ] elegantiſſima ratione *motus* & *quietis* exaravit. Et primum quidem ſuper tabula pulcritudinis ſcripſit *Elif*, ſtaturæ

cus Dei, æque uti *Jac.* 11: 23. & abſolute خليل *Chalil*, iis dicitur.

(7) Mendoſe *Ed. Gol.* مكتسعة.

(8) Ita recte *MS.* uti ex ipſa alluſionis indole apparet, pro كتابتى in *Ed. Gol.*

(9) Mire nunc ludit in ipſis *literis Alphabeti Arabici* ad laudes *Chalili* inflectendis. Ex his ſunt كاف *Kef* & نون *Nun*, ſed quæ per compendium ſcribendi exprimunt duas illas voces, كن فيكون, *eſto & erat*, quæ, ad imitationem Moſis, Deo Creatori in Alcorano plus ſemel tribuuntur. Vid. ad p. m. 346. T. I. Solent enim Arabes, compendii cauſa, binas formulæ cujusdam receptæ voces per primam & ultimam literam exprimere, ut fit in illo عليه السلام aliisque.

والسكون فاول ما مشق
علي لوح الجمال (١٠) الف
قده القويم فباء له كل من فاء عن لام عذاره متقوسا
في خدمته كالدال والجيم وحسن لكل راء ما
فيه من زين وما شين (١١) سين ثغره وميم فمه من فاهـا
بخلف ولا (١٢) مبين فاستقفي بوابله كل (١٣) قاف
واستكفي بنايله كل كاف وامطر من عين كفه
العين (١٤) فصار من الجند كل ذي لام وباء ودال
بذلك علي كل من (١٥) باء عن وعده ورجع عن عهده
وفا

(10) Litera nempe *Elif* forma sua *staturam rectam* adumbrat. Conf. similes lusus in Notis *Cl. Reiskii* ad *Tharaph.* p. 47.

(11) Omissum in *Ed. Gol.* سين,. Nomen literæ *Sin*, cujus figura, æque uti *Mim*, itidem ad ductum formamque *oris* nunc transfertur.

(12) Mendose *Ed. Gol.* مبم pro مبين, quod postulat *Kafia*, & ipse etiam sensus. Sic in *Alcorano* الغاف & مبين plus semel conjunguntur.

(13) Quorsum spectet Nomen hoc Literæ *Kef* قاف paulo est obscurius; tam longe enim provehitur in argutiis suis, longius utique quæsitis, ut Delio natatore opus sit. Videtur autem

ſtaturæ erectæ, omnesque, qui *redibant ab ejus conſpectu*, obſequio ejus ſeſe mancipabant, incurvantes ſeſe ad inſtar [curvæ figuræ literarum] *Dal* & *Gjim*. *Venuſtas* ejus placebat cunctis eam videntibus, nec *deturpabat formam oris ſui*, quando *id aperiebat*, falſitate, aut mendacio. Imbre [munificentiæ ſuæ] *adſeclas* omnes perfundebat, & liberalitate ſua *egenos* quosvis contentos reddebat, & ex manu, veluti *Nube* quadam, pluere faciebat aurum, quo omnes milites *locupletati fuerunt* ſuper omnes refractarios. Itaque pro cuſtodienda ejus vita ſemet devoverunt, ejusque præſtantiam ab oculo [maligno] caſuum Fortunæ, adhibito quaſi amuleto, diligenter defenderunt, atque ab eo *æmulos* averruncarunt (verbis ſacris [*Capi-*

autem reſpicere ad alteram vocis قـــاف poteſtatem, qua *extremitatem*, *quod a tergo eſt*, aut *adſeclas* notat. Alterum vero nomen كـــاف, quod & *literam Kef*, &, propter figuram ſuam, *rimam*, *foramen* exprimit, commode, ni fallor, exponitur de *egeno*, quorſum verbum additum اسبكافي ultro ducit, quin tota hæc ſeries.

([14]) *MS. Gol.* فصاد, ſed verior apparet ex ipſo contextu vulgata lectio صسار; ad ænigma vero illud, *præditi literis Lam, Be & Dal*, explicandum, jungendæ ſunt hæ literæ, unde oritur vocabulum لـبــد, quod notat مال كثير *copioſas opes*.

([15]) Al. L. habet نماء, quam facile prætulerim.

وفيما (16) نفدت الواقيات مهجته ورقت من عين الحوادث
بهجته (17) وعودت منه الارداف
بالطور والاحقاف وحمت (18) نون حاجبه وفاه
وطرفه وطرته وردفه بحم عسق وفتحت له الملوك
بالثناء فاها وخفضت لارتفاعه خدودها معودة له وقالت
بياسين وطاه .

ذكر خلاص العساكر من (19) الهند وقفولهم مع عظامه الى سمرقند ،

ولما ذبح قصاب الفناء تيمور
ونحره جزره كالجزور فجعل يخور
كالثور

(16) Minus bene نفدت pro نعدت, quod habet *MS.* & ſenſus quoque exigit. Conf. ſimilem formulam elegantisſimam apud *Harir.* VI: p. 262. & p. m. 504.

(17) Lego وعوذت, quod firmat æque antecedens verbum رقت, ac ſequens حمت; *Capita* autem illa *Corani*, ad quæ reſpicit, ſunt III & XLVI.

[*Capitum Alcorani*] *Altur* & *Alakkaph*, & *curvaturam* supercilii, oris, oculi, cincinni & tergi ejus ſtudioſe defenderunt ope [Capitis Alcor. XLII, quod inſcribitur] H. M. A. S. K. Regesque ipſi fauſta quævis aperto ore fuerunt apprecati, & ad ejus elevationem adſuetas ſuas genas ei ſubmiſerunt, uſi [ſacris verbis Capitis Alcorani, XXXVI. quod inſcribitur] *Jas*, item illius, quod inſcribitur *Tab* [xx nimirum].



CAPUT L.

Exercitibus dimiſſi cum oſſibus ejus Samarcandam redeunt.

Quando lanius mortis *Timurum* mactavit, eumque, veluti camelum mactationi deſtinatum, jugulavit, tauri vaccæque ad inſtar boäbat; tum eum asſandum

(18) Literam *Nun* ob curvam ſuam figuram pro *curvatura* ponit, æque uti ſupra p. m. 194. نون قشبهم, id eſt, *curvatura arcuum*.


(19) Pro بند *bend*, quæ vox eſt *Perſica*, idem notans, quod Belgicum noſtrum *band* & *bende*, legendum ſuſpicor برد *frigus*; ut *exercitus* dicantur, cum *liberati eſſent a frigore*, rediiſſe; quod convenit cum ipſo Capitis hujus argumento.

كالشور وبقشره ثم اراد
ان يصليه من تنور (20) الجحيم
جمره. فاستغاث بخلبله فاجاره واخره
وقال لا تعجل عليه وحمله في محفة بعد
العجلة وصبره والوي راجعا الى سمرقند وكان
قد انحل نهر خجند وطالب الشتاء قد ادرك
ثاره وبرد قلبه وسكنت الحرارة قلت

ورق للعالم قلب النسيم
وقبل الدهر بوجه (21) بسيم .

ثم هجم جيش الربيع المنصور فانهزم جند البرد فولي وهو
مكسور .

ذكر




(20) Mendose *Ed. Gol.* العجيم pro الجحيم *ignis vehementer ardens*, speciatim *Inferni*, a جحم *arsit*, unde repetendum autumo Hebr. גחל *pruna ardens*, pro crebra illa permutatione literarum ל & מ, quæ in *Dialectis* OO. obtinet.

ſandum tradere voluit foveæ ſuæ furni infernalis, ſed opem imploravit *Chalili* ſui, qui eum protexit, ipſumque detinuit, dicens: *ne feſtinatius cum ipſo age*, ac lente eum geſtari curavit in lectica poſt currum, coepitque *Samarcandam* verſus redire. Jamque fluvius *Jaxartes* [glacie] erat ſolutus, & *vindex hiemis vindictam ſuam ceperat, qua pectus ejus refrigeratum, & fervor erat ſedatus.* Dixi:

Cor Zephyri miſericordia fuit affectum erga mundum,
Et obvertit Tempus vultum ſerenum.

Tum impetum fecit victorioſus exercitus Veris, & fugam cepit, ac tergum vertit profligatus exercitus Frigoris.

CAPUT



([21]) Ita recte *MS.* pro نسيم, quod vitioſe nunc etiam repetitur in *Ed. Gol.* Pro vulgato autem وقبل malim in IV. ſpecie legere واقبل.



ذكر ما اضمره وزراء تيمور واخفاه كل منهم في التامور،

وكان في افلاك ذلك العسكر سيارات نجوم بهم سماوه قهر وبارايهم يقتدي وبروايهم يستضي قلت

من كل منتخب للامر منتجب
كالشمس رايا وكالضرغام اقداما .

قد هذبتهم الامور (22) وشذبتهم بلايا تيمور واستفتح بهم المغالق واستوسع بصدماتهم المضايق وتخلص بحملاتهم من شدة

(22) Minus bene vulgo legitur وشدبتهم pro وشذبتهم a شذب, quod æque, ac præcedens هذب, proprie notat, *putare*, *amputare arborem* &c. unde ad rei alicujus *aptam concinnationem*, veluti *pulcram constitu-tionem*



CAPUT LI.

De clandestinis consiliis, quæ omnes Vezirii Timuri sub pectore foverunt.

Erant in orbibus istius exercitus [Duces] Planetæ, quorum ope coelum ejus splendebat, quorum consiliis ducebatur, quorumque experientiæ lucem suam debebat. Dixi:

Ex omnibus, ad res gerendas selectis, selectus est; instar solis consilio; animositate instar leonis.

Ardua certe negotia eos aptos reddiderant, & tentationes *Timuri* eos pulcre instruxerant, qui eorum ope portas occlusas aperuerat, & per eorum collisiones ipsas angustias amplas habuerat, ac per eorum impetus ex

nem proceri corporis transfertur, ac speciatim adhibetur *de militibus, justis ordinibus inter sese consertis, & in turmas divisis.* Quo usu supra p. m. 472. T. 1. utrumque hoc verbum conjungitur.

شدة كل (23) مازق وتوصل بعزمهم الي نيل المارب وتوسل بعزيمتهم الي كنوز المطالب وكان هو البدر وهم (24) الهالة وهو الفاعل وهم الالة وهو الروح وهم الحواس وهم الاعضاء وهو الراس فلما (25) كورت شمس مواكبهم وانتثرت كنس كواكبهم ورحل زحلهم وخاب املهم قلت

وعوض الكون الدجي بالضحي
وبدل (26) المريخ بالمشتري .

اجال كل منهم (27) قداح فكره وتدبر في ذلك الحادث عاقبة امره واستصغر خلبجل سلطان وعلم ان سباتبه موج للمنازعة من كل مكان وانه لا (28) يصفوا له ورد الملك من تكدر ولا هواه

(23) Minus bene *Ed. Gol.* مارق pro مازق *locus arctus*, ſpeciatim *campus prælii*. Conf. ad p. m. 400. T. I.

(24) Eleganter comparat Vezirios *Timuri*, ceu *plena Luna*, cum *ſplendida corona circa Lunam*, quæ هالة, *Hala*, Arabibus dicitur, ipſiſſimum Græcorum ἅλως & Lat. *Halo*.

(25) Imitatur ſtylum *Alcorani*. Vid. *Sur.* LXXXI: 1, & 15, ubi per كنس, *Planetas*, ſpeciatim intelliguntur *Mars*, *Mercurius*, *Jupiter*, *Venus* & *Saturnus*. Conf. etiam *Sur.* LXXXII: 2.

ex anguſtia omnis *campi arctioris* evaſerat, eorumque conſtantia ea, quibus opus erat, obtinuerat, & eorum conſilio ad abditos theſauros deſideriorum pervenerat. Ipſe fuerat *Luna*, hi vero ejus *Halo;* Ipſe opifex, hi inſtrumenta; Ipſe anima hi, ſenſus; membra hi fuerant, ipſe Caput. Quando autem *Sol cohortium eorum fuit obſcuratus*, *diſperſæ fuerunt Planetæ ſtellarum eorum*, receſſit eorum *Saturnus*, & ſpe ſua exciderunt. Dixi:

Permutavit mundus tenebroſam noctem cum die illuſtri,
Martemque cum Jove commutavit, [id eſt Fortunam adverſam cum proſpera.]

Verſavit unusquisque eorum *ſagittas ſortilegas* ingenii ſui, & de iſto caſu exitum negotii ſui obſervavit, parvique factus eſt *Sultanus Chalilus*, & cognitum, ipſum a fluctibus contentionis undique eſſe obruendum, nec *aquationem* [aditum] *Regni puram ipſi fore a perturbatione*, *nec*

(26) Conf. *Cl. Schult. Animadv.* ad Job. p. 96.

(27) Mendoſe *Ed. Gol.* قداج pro قداح *pl. fr.* a قدح *ſagitta*, ſpeciatim ea, qua utuntur ad *divinandum*, unde *Metaphora* hic loci eſt petita. De quo βελομαντείας genere vid. *Pocock. Spec. H. Ar.* p. 327 ſqq.

(28) Geminam Metaphoram v. ſupra p. m. 230. T. I. Pro تكسر vero legendum potius videtur *Partic.* مكسر *Turbator*, quemadmodum mox ſubjicitur itidem *Partic.* مغبر, qui *pulverem excitat.* Quo nomine *Competitores Imperii*, qui turbas cierent, ſignificari ultro intelligitur.

هواه من مغبر واقل الأشياء ان يقول له رسول اكابر
لقاربه (29) كبر كبر فاعن لكل شدة شده ولكل
غدة عده ولكل جمزة قفزه ولكل جزة جمزه ولكل
بوسا لبسا ولكل سهم ترسا ولكل نايبة نابا ولكل
بايقة بابا ولكل خطبة خطابا ولكل خطاب جوابا
ولكل حرب حرابا ولكل امر امرا ولكل غدر عذرا
ولكل ازمة جزمة ولكل نصب نضبة ولكل
كسرة جزمة، ولكن شكيمة (30) البرد كانت ردت
جماح كل جموح وصفحة
النجمد قدت جناح كل سبوح
فما وسع كلا منهم الا الاطاعة
والانقياد لامر خليل سلطان
بالسمع والطاعة واستمروا
معه على النقول مضمرين
لتحمل اثقل ما اضمره للحبيب
عبد (31) الله بن ابي بن سلول
وكان

(29) كبر كبر Imperativus geminus, II ſpecie verbi كبر, ſpeciatim notat: *adhibe* formulam illam ſolennem, الله اكبر *Deus eſt potentisſimus*, quam ſæpisſime repetunt Muhammedis adſeclæ, non tantum in admirationibus, & laudatio-

nec aërem ejus ab excitatore pulveris, minimumque omnium esse, quod diceret ipsi *Legatus Magnatum Proximorum suorum: advoca, advoca, Deum in auxilium.* Præparavit itaque robur suum adversus omnem impetum, & adversus *omnem morbum remedium suum*, &, adversus omnem læsionem, suam propulsionem, & adversus omnem amputationem agilitatem suam, & adversus omnem tonsuram velocitatem suam, & tegumentum adversus omne malum, & clypeum adversus omnem sagittam, & *dentem caninum adversus omnem casum Fortunæ*, & orationem adversus omnem orationem, & responsum adversus omne alloquium, & sarissas adversus omne bellum, & viros adversus omne negotium, & equuleum adversus omnem fraudem, & vigilantiam adversus omnem calamitatem, & *sublationem adversus hostem omnem*, *oppositionem & excisionem adversus omnem cladem.* At frigus intensissimum, luporum instar, omnium protervorum temeritatem frænabat, & gelu, ceu latus aliquis gladius, omnium natantium pinnas amputabat, adeoque non potuit quispiam eorum, nisi cum obedientia & obsequio, se submittere, ducendumque permittere imperio Chalili, manseruntque cum eo in reditu, intus foventes adversus *Chalilum* consilium, quale fovit adversus *Dilectum illum* [*Muhammedem*] *Abdalla Fil. Obbæ, Fil. Soluli.* Unus eorum fuit nomine

dationibus, sed etiam, quando res aliqua gravissima incidit, & *Divinum auxilium implorare* volunt.

(30) Conf. *Cl. Schroed.* de *Vest. M. H.* p. 261.

(31) Clandestini hujus hostis *Muhammedis* plus semel mentio fit in *Abulfedæ vita Muh.* Vid. pag. 64. 81. sqq. الحبيب vero, sive *dilectus*, suis κατ' ἐξοχὴν appellatur *Pseudoprophet*a, quod fraudi fuit *Vattierio*, qui, ceu nomen esset proprium, vertit *pour le Chebibe.*

وكان احدهم يدعي برندق فرام الي التحصن بقلعة المخالفة التسلق فقال لخليل سلطان ان اقتضت الأراء ان اتقدم وامهد لك الامور الي حين تقدم فاكون رايد دولتك وقايد سلطنتك فاشيد القواعد وابشر الصادر والوارد فيكون كل مستعد للملاقاة ومهيي اسباب الموافاة فاذن له وامامه ارسله فوصل الي سيحون وقد عقد عليه جسر بالمراكب وهيت اسباب عبورة لكل راجل وراكب فعبره بجماعته ثم امر بقطعه من ساعته واعلن العصيان وقصد سمرقند مجاهرا بالطغيان

نظم اتفاقي

فكشرت (¹¹) اسوارها في وجهه انيابها وارخت عصمتها علي بابها حجابها وسدلت علي جبين منعتها نقابها فاستدرك فارطه وسلك في مسلك منطقة المغالطة ووصل خليل سلطان الي الجسر فوجد عقده قد انحل ونظامه قد اختل فلم (¹¹) يكترث ببرندق

(¹¹) Mendose editum a *Golio* كسرت pro كشرت, quod proprium est de *dentibus stringendis;* & mox in media periodo ارخمت pro ارخت *laxavit*, quemadmodum pulcre emendavit *Cl. Schult.* in *de Defect.* pag. 253.


nomine *Bernadak*, qui voluit se defendere in arce munitissima, adeoque dixit *Chalilo: si congruum videatur, ut præcedam, & negotia Tibi ad Tuum usque adventum componam, ero pabulator imperii Tui, & Dux sultanatus Tui, & fundamenta extollam, & obvios quosvis læto nuntio exhilarabo, tunc omnes promti erunt ad obviam eundum, & parata habebunt, quæ ad receptionem desiderentur.* Veniamque ei dedit, eumque ante se misit. Tum venit ad *Jaxartem*, super quem pons ex cymbis jam erat compositus, & parata media, quibus ipsum transirent omnes pedites, & equites. Transiit itaque eum cum suis, tum protinus eum rescindi jussit, & in apertam erupit rebellionem, & contendit *Samarcandam*, seditionem palam profitens.

SERIES CONGRUA ORATIONIS CONNECTITUR.

Strinxerunt vero moenia ejus [*Samarcandæ*] adversus eum dentes suos, quæ virginis instar pudicitiam suam tuentis laxavit super portam velum suum, demisitque velum suum [flumen] super frontem suam inaccessam, adeoque fefellit *Bernadakum* sua spes, nec obtinuit, quod petebat. Quando autem *Sultan Chalil* ad pontem pervenit, invenit funes ejus jam solutos, ejusque compacturam perturbatam, sed nihil curans *Bernadakum*, et quæ faceret,

(33) Mendose *Ed. Gol.* يكترث بمرنوق pro يكترث ببرندق quemadmodum etiam legit *Vatt.* qui bene reddit: *sans se mettre beaucoup en peine de l'infidelite de Brandac.*


ببرندق وما فعل بل
عقده مرة ثانية ودخل وولي
ما وراء سيحون من البلاد متوليها
اولا وكان يدعي خدايداد وهو اكبرا
اعدايه ومن رفقاء تيمور
ونظرايه ومنسوبا الي السلطان
حسين وهو في تلك البلاد
بمنزلة الراس والعين فلم
يسع خليل سلطان الا مسالمته
واقراره في بلاده ومهادنته لان اموره
كانت في اوايلها ففوض اليه امرها والمقلوب في
غوايلها .



ذكر

ceret, inſtauravit pontem, eumque transiit, & præfecit regioni trans *Jaxartem* priſtinum Præfectum, nomine *Chadaidadum*, qui erat maximus inimicorum ejus, quique par & ſimilis eſſe voluerat *Timuro*, genus ſuum referens ad *Sultanum Huſſeinum*, & in iſta regione habebatur pro *capite & oculo* [ſive præcipuæ erat auctoritatis.] Sed non potuit *Sultan Chalil*, niſi pacem cum eo colere, eumque in ſua Provincia confirmare, & inducias cum eo facere, quoniam res ipſius adhuc erant in ſuis primordiis; commiſit itaque illi negotia, non obſtante animorum ſimultate.

CAPUT





ذكر وصول خليل سلطان بما ناله من سلطان السي الاوطان ٠

ثم توجه الي سمرقند فاستقبله كبراوها وخرج اليه نايبها وزعماوها ووفد عليه ذواب البلاد منغمسين في السواد لابسين اثواب الحداد وجاء الاكابر والعظايم معظمين هاتيك العظام ومهنين خليل سلطان بالسلامة ونيل سرير الزعامة قلت

ووجه كل قد غدا مثل الربيع القادم ٭
بعين سحب قد بكت وثغر زهر باسم ٭

وجعلوا يقدمون التقادم السنية والحمولات البهية وهو يقابل كلا منهم بما يليق بحشمته وينزله في منزلته وقال لبردوق لا تثريب وقابله مقابلة الخليل الحبيب ومهد له بساط المباسطة وسلم اليه مسألة المغالطة وحين (54) ثبتت لوتاده اقتلعه والغاه علي غفله

(54) Conf. ad hunc locum *Cl. Schult. in Job.* p. 448.



CAPUT LII.

Pervenit Sultan Chalil cum poteſtate, quam obtinuerat, in Patriam.

Quando *Samarcandam* venit, Magnates ejus obviam ipſi iverunt, & exiit ad eum Gubernator urbis, cum ejus tribunis, ac proceſſerunt ad eum Præfecti regionis, atrati, induti veſtibus ferrugineis. Venerunt Proceres & Magnates, honorem exhibituri illis osſibus [Timuri,] & *Sultano Chalilo* gratulaturi de incolumi reditu, & quod ſolium Imperii obtinuiſſet. Dixi:

Facies omnium, qui acceſſerunt, erant inſtar veris advenientis;
Ipſisſimæ nubes, quæ manant lacrymis [pluvia] *dum os floris ſubridet.*

Adferebant ſplendida munera, & pretioſa onera jumentorum, & excepit ipſe unumquemque eorum pro ſua dignitate, & juxta ordinem ſuum collocavit, dixitque *Bernadako: procul abſit exprobratio*, eumque excepit inſtar *amici intimi*, & ſtravit ei tapetem jucundæ confabulationis, eumque decepit; quum autem firmati esſent paxilli [potentiæ] ejus, ipſum eradicavit, atque nec opinantem conjecit *in os leonis mortis*, qui ipſum deglutiit,

فجعله في فم اسد المنية فابتلعه ثم اشلا علي ديارة كلاب النهاب وشهاب الالتهاب فمزق اديمها وهتك حريمها ومحا حديثها وقديمها .

ذكر مواراة ذلك الخبيث والقايه في قعر الجدث ،

ثم انه اول ما اشتغل بمواراة جدة وتنجيز امرة والقايه في حفرة لحدة فوضعه في تابوت من ابنوس وحمله الروس علي الروس ومشي في تشييع جنازته الملوك والجنود حاسري الروس لابسي الثياب السود ومعهم طوايف الامراء والاعيان وانزلوه علي حفيده محمد سلطان في مدرسة حفيده المذكور بالقرب من مكان يسمي روح اباد وهو موضع مشهور فكان هناك علي اثاث في سرداب معلوم غير خاف واقام عليه شرايط العزا من اقراء (35) الختمات والربعات والدعاء وتفريق الصدقات واطعام

(35) الختمات, proprie *Epilogi*, ab *obſignando* ita dicti, ſpeciatim notant *integri Corani perlectiones*, ſive *recitationes*. Idem habes

glutiit, dein immisit in ejus mansiones canes direptionis, & faces combustionis, easque penitus evertit, & perfregit earum sacrum septum, & delevit earum nova simul & vetera.



CAPUT LIII.

De occultatione [sepultura] *istius impuri*, [*Timuri*] *qui projectus fuit in imam foveam pollutionis.*

Ante omnia dedit operam sepeliundo Avo suo & funeri ejus faciendo, & ut tumulo sepulcrali mandaretur. Collocari itaque eum curavit in feretro ex ebeno, quod Duces [*Capita*] suppositis capitibus tulerunt. Funus ejus secuti sunt Reges, & milites demisso vultu, nigrisque vestiti, & cum iis complures satrapæ, & proceres, eumque sepeliverunt eodem, quo Muhammedem Sultanum, nepotem ejus, intulerant, loco in Collegio nepotis ejus supra memorato, prope locum, dictum *Roub Abad*, qui ipse satis est celebris, ubi jacuit super chytropode cryptæ frigidariæ apertæ; persolvitque ei [Chalil] justa funebria, procuratis lectionibus *Corani a principio ad finem*, & *per partes*, & oratione, & distributione eleëmosynarum, ciborum, & condimentorum dulcium,

habes *in Hist. de Tim. Bec.* T. IV. p. 485. *Le nouvel Empereur fit lire l'Alcoran entier par plusieurs Lecteurs &c.*

واطعام الاطعمة والحلاوات وستم قبره (36) ونجز امره ونشر
علي قبره اقمشته وعلق علي الجدران اسلحته وامتعته كل
ذلك ما بين (37) مكلل ومرصع ومزركش ومصنع
ادني شيء من ذلك بخراج اقليم (38) وحبة من كدس
تلك الجواهر تفوت التقويم وعلق نجوم قناديل الذهب
والفضة في سماء غواشيها (39) وبسط علي مهادها فرش
الحرير والديباج الي اطرافها وحواشيها ومن جملة هذه
القناديل من ذهب زنته اربعة الاف مثقال رطل واحد
بالسمرقندي وبالدمشقي عشرة ارطال ثم رتب علي
حفرته القرا والخدمة وارصد علي المدرسة البوابين والقومة
وقرر لهم (40) الادرارات من المسانهات والمياومات
والمشاهرات ثم نقله بعد ذلك بمدة الي تابوت من (42) فولاذ
صنعه

(36) نجز امره *abſolvit ejus negotium* ſæpius a Noſtro ponitur pro *juſta funebria peregit.* Conf. ipſum hujus Cap. initium, & ſupra p. m. 146. تغلبوا في امره وتنجيزه.

(37) Notari meretur ſpecialis uſus τȣ مكلل *coronatus*, de eo, quod *gemmis*, ceu *corona*, eſt circumdatum; Conf. p. m. 336, T. I. ubi مكللة jungitur cum مزركشة ſive *veſte Attalica.*

(38) Mendoſe *Ed. Gol.* وجنة pro وحبة *bacca*, *granum*, quod ipſa docet comparatio cum *acervo* inſtituta.

dulcium, ac ſepulcri ejus tholum arcuatum reddidit, idque abſolvit, & ſparſit ſuper ejus ſepulcrum veſtes e us ſericeas, ſuſpenditque de parietibus arma ejus & ſuppellectilem, quæ omnia erant gemmis diſtincta, plumata, auroque intexta, tanto cum artificio, ut vel viliſſimum ex iis æquaret reditum unius regionis, & unum granum ex acervo illarum gemmarum eſſet inæſtimabile. Suſpendit quoque funalia auri & argenti in coelo tegumentorum, & explicuit ſuper lectum earum rerum ſtragulum ſericeum, pannumque Attalicum ſuper margines & oras earum. Ex funalibus his unum fuit aureum, pondus habens quadraginta millium ſeſquidrachimarum, quæ faciunt ex pondere, *Samarcandæ* recepto, unam libram, ex Damaſceno autem decem. Tum conſtituit ad ejus ſepulcrum *Lectores Corani*, & miniſtros, atque appoſuit ad Collegium janitores & adminiſtratores, quibus liberaliter adſignavit ſtipendia in ſingulos dies, annos, & menſes. Paulo poſt eum tranſtulit in ſandapilam chalybeam, a viro Schirazenſi, peritiſſimo

(39) Ita *MS.* rectius pro vulgato وسط.

(40) Conf. de hac voce ad p. m. 200. n. 46. T. 1.

(41) پولاد, ſic enim *Perſæ* hanc vocem pronuntiant, quam *Arabes* efferunt فولاد, *ferrum* notat *præſtantisſimum*, ſpeciatim *Damaſcenum*, quod ab ævo, & etiamnunc, eſt celebratisſimum. Quam in rem conferri meretur *Cotovicus Itiner.* p. 375. ubi *ferri* hujus, ex quo *acinaces Damasceni* conficiuntur, tantam eſſe vim obſervat, *ut uno ictu, nihil retuſa ejus acie, militum etiam galeæ diſcindantur*, tantoque apud omnes in pretio haberi, ut lamina iſtiusmodi centum aliquando, & amplius, conſtet aureis.

صنعه رجل من شيراز ماهر في صنعته استاد وقبره في مكانه المشهور تنقل اليه النذور وتطلب عنده الحاجات وتبتهل عنده الدعوات وتخضع الملوك اذا مرت به اعظاما وربما تنزل عن مراكبها اجلالا له واكراما .



فصل في اعتدال الزمان واخبار خليل سلطان ،

ولما (⁴¹) اخذت تيمور الصيحة بالحق فصار غثا وقعد خليل سلطان علي التخت وقام الشتاء بعد ان كان جثا من الشعراء السنتهم للزمان بالمدح ولخليل سلطان بالتهنية ولتيمور بالرثا فسمع الشتاء وغني صوته واجار ورفع عن العالم في نهوضه الكلاكل والاعجاز فابتهج الكون بورود الربيع وشكر الروض للسحاب ما اسداه اليه من حسن الصنيع ورفع علي الروابي من (⁴²) الشقايق اعلامه

(⁴¹) Imitatur in hisce phrases *Corani*, *Sur.* XXIII: 43.

ſimo artis ſuæ magiſtro fabrefactam, eumque ſepelivit in ſepulcro latis noto, ubi vota ipſi nuncupantur, precibus ea, quibus quis indigeat, expetuntur, & ſupplicationes inſtituuntur. Quando Reges illud transeunt, proſternunt ſeſe honoris exhibendi cauſa, & ſæpe numero deſcendunt de jumentis ſuis, ad ipſum honorandum, & colendum.



CAPUT LIV.

De temporis temperie, & rebus geſtis Sultani Chalili.

Poſtquam *Timurum abſtulit juſtum ſupplicium*, *isque evaſit*, *inſtar quisquiliarum*, & *Sultan Chalil* ſolio *inſedit*, & *ſurrexit hyems*, quæ prius *procubuerat*, adhibuerunt Poëtæ cuspidem calami ſui ad elogium tempori ſcribendum, ad gratulandum *Sultano Chalilo*, & *Timurum* epicediis celebrandum. Quæ ubi audiit hyems, *edita ſua voce*, *abiit*, & a mundo, dum ſurgebat, ſuſtulit pectora & nates. Tum exhilaratus fuit mundus adventu veris, & *viridaria nubibus gratias egerunt pro pulcra tela*, *quam ipſis contexuerant*, atque extulerunt ſuper colles de tractibus viridibus vexilla ſua, & erexerunt de pulcro opere

(41) Sic & ſupra p. m. 384. الشقايق, ſive *tractus virides inter montes*, comparavit cum الاعلام *vexillis Timuri*.

اعلامه ونصب مما زهره خيام الصنع من ازهار الاشجار خيامه ونور الحدق بانوار الحدايق واستنطق بتسبيح الخالق من خطباء الاطيار على منابر الاغصان في جوامع الرياض ما استنبطت بلغاته كل ناطق من كل معرب في ديوان الفصاحة رايق ومعجب باسرار البلاغة فايق فرقصت الاشجار لغناء الاطيار وصفقت الانهار واعتدل البلبل والنهار واكتسي البسيط الاغبر خلع السندس المزهر وتبدلت الاغصان من قطني الثلوج كل ثوب باصباغ القدرة مزهر (44) وبدمقس الازهار منسوج وكل قباء صار مزهرا في كل دف لفن لكل طاير وفروج وبسط الكون على المكان (45) لاقدام خليل سلطان شقق الورد والريحان ٭


فصل ٭



(44) Mendofe *Ed. Gol.* وبدمسق, quod nullum fundit fenfum,

opere florentium arborum tentoria sua, & illustratæ fuerunt papillæ oculorum splendoribus pomariorum, *& disseruerunt de laudando Creatore volucres, veluti, oratores super ramos hortorum, tanquam Basilicarum Pulpita*, id quod omnes, ratione præditi, sive indigenæ, sive peregrini, qui in Senatu eloquentiæ admirabiles essent, & splendidis notis facundiæ excellerent, prolata quasi sententia, confirmarunt. Tum *saltarunt* arbores ad cantus avium, & limpidi fluxerunt fluvii, fuitque æquinoctium, & terra induit chlamydem Attalicam viridem, ramique, pro veste gossypina nivis, sumserunt omnes vestes, digitis potentiæ divinæ, plumatas, & ex floribus, ceu serico, contextas, & omne solum in quovis tractu herboso splendescebat cunctis avibus & pullis, explicuitque mundus super locum, ubi adveniret Sultan *Chalil*, *tractus*, ceu *pannos longiores*, rosarum & herbæ odoratæ.

SECTIO



sum; sin legas, transpositis duabus ultimis literis, uti edidi, وبدمسقس, sana erunt omnia. Est nempe دمسقس, illud *serici* genus, quod nostrates appellant *Damast*, ipsam hanc vocem Arabicam utcumque imitantes, & propius adhuc *Angli*, qui eam efferunt *Damask*.

(45) Al. L. quam prætulerim, habet قدوم *super locum adventus Sultani* &c.

فـــصـــل ٠

ولما فرغ خليل سلطان من ذلك شرع في تمهيد الممالك وتسليك المسالك وعلم انه لا ينتظم به انسان الا بقبض الاحسان ولا يجتمع له البال الا بتفريق المال فعقد (46) القلب علي طلسمات المختوم وحل (47) الرموز وصرف الموانع والتوابع من تلك المطالب والكنوز وقوي (48) العزيمة علي فتح الخبايا وصيد عصافير القلوب ببذر حبات الهبات تحت شباك العطايا ففرق ما كان شتت جده في جمعه شمل للبرايا وشغل الكواهل بتخفيف ما اثقل ظهر غيره بالماثم والخطايا واوسق احمال الامال وربوع الاطماع بالامـــــوال وامطر ايادي يمينه بالنوال ففاض الغدير

(46) Proprie, *nodavit cor super Telesmata sigillorum*; sunt nempe طلسلات τελέσματα, *Imagines Magicæ*, *quales sub certo horoscopo consecrari solebant ad singularem efficaciam*, speciatim etiam, ad *custodiendos thesauros*, unde nunc *sigillis*, quibus ærarium *Chalili* quasi defendebatur, eas tribuit. Pluribus de hisce *Tilsemat* egit *Hotting. Hist. Or.* p. 286. sqq.

(47) Mendose *Ed. Gol.* الرموز pro الرموز, quæ sunt *signa ænigmatica*, quibus aliquid subest *mysterii*, itidem ad superstitionem

SECTIO.

Quando iſta abſolvit *Sultan Chalil*, operam dedit componendæ, & in ordinem redigendæ Reipublicæ, certusque, neminem ſibi obſecuturum, niſi adhibito fune liberalitatis, nec animos ſibi fore conjunctos, niſi diſtributis opibus, animum obfirmavit contra vim, quaſi Magicam, ſigillorum [ærarii ſui] ſolvitque [eorum] characteres, abegitque cuſtodes & miniſtros ab illis deſideratis, & reconditis theſauris, ac confirmavit propoſitum aperiundi Gazophylacia, *venandique animos*, *ceu paſſeres*, *ſparſis donis*, *veluti granis*, *ſub retibus munificentiæ*; adeoque diſperſit opes, quas Avus ſuus diſperdiderat in omnibus hominibus [ad obſequium ſuum] congregandis, & prægravavit dorſa profundendo, [pro levi habendo] quod gravi onere criminum & delictorum *Timuri* dorſum oppreſſerat, implevitque ſarcinas deſideriorum, & loculos ſtipendiorum divitiis, & copioſo imbre largitionis dextram ſuam pluere fecit, & exundavit liberalitatis copia de latere ſiniſtro, atque

tionem adhiberi ſolita, ſed quæ nunc figurate accipi poſſunt de *characteribus* ipſi *ſigillo*, quo muniebatur ærarium, impreſſis, uti mox التوابع *Dæmones*, ſive *ſpiritus familiares*, quos fingit *theſaurorum Cuſtodes*, de miniſtris, aut excubitoribus, iis appoſitis.

(41) Ex ambiguo poſitum iterum eſt العزيمة, quippe quod notat, cum *amuletum*, quo quis ſe adverſus malum aliquod muniat, tum etiam *firmum propoſitum*, *ipſamque operis aggreſſionem*.

الغبر من صوب الشمال وملا الافواه والمسامع والمال من
الناس بما افرغ من (٤٩) حواصل الكنوز والصناديق علي
اغتنام الجنن والاكياس فنثر اغصان (٥٠) الدوح عند ورود
الربيع اصناف ازهارة وكانه انامل كفه المتنظمة في
نثار درهمه ودينارة (٥١) وجاد السحاب بدر درة
واطارة فقبض الناس كلهم بهذا القبض ودعوا اطراف بذلة
معربين له بالاطاعة تترك (٥٢) عمرو وزيد ؞



ذكر من اظهر العناد والمرا وتشبث بذيل المخالفة
والعصيان من الامراء والوزراء ؛

غير ان بعض تلك الغواد وزعماء والوزراء والاجناد اعلن
ما كان اسر ووضع للمصر من (٥٣) العصيان
موضع

(49) Ita *MS.* pro الحوصل *in Ed. Gol.*

(50) Mendofe *Ed. Gol.* الروح, quod hoc in loco ferri nequit, pro الدوح, quod *magnas quasvis arbores* inter alia denotat, atque eo fenfu fæpius a Noftro adhibetur: fic fupra p. m. 224. habes اغصان دوحة.

(51) *Cod. Picq.* paulo aliter hæc legit: فضاهي جود وجودة الهامي علي عالم و قطارة (vel potius ex *Colbert* جودة).

(52) عمرو وزيد Nomina ficta funt, quæ adhibentur ab Arabum

atque impleta fuerunt ora, aures, & oculi hominum evacuata ingluvie thesaurorum, & scriniorum, super viliores ex exercitu, & nobiliores. Tum quoque rami arborum, sub adventum veris varios suos flores diffuderunt, & digiti *manus* [sive *abundantiæ*] ejus fuerunt conjuncti cum dispersione nummorum *Chalili* argenteorum, & aureorum, & benignitas nubium cum copiosa effusione margaritarum, & imbrium liberalitatis ejus. Hoc itaque fune ducendos sese dederunt omnes, & ex remotissimis oris, lenitate ipsius permoti, obsequium ei detulerunt, relictis ceterorum partibus.



CAPUT LV.

De iis ex Ducibus & Veziriis, qui palam protulerunt oppositionem & contentionem, atque syrmati rebellionis adhæserunt.

Verum tamen aliqui ex Ducibus illis, Tribunis, Viziriis, & militibus propalarunt, quod maxime fuerat occultum, & rebellionem, quam animo clam conceperant,

bum *Grammaticis*, ut apud nos a JCtis *Cajus*, & *Sempronius*. Nunc speciatim designantur illi, qui cum Chalilo Imperium ambiebant.

(51) Minus bene *Ed. Gol.* العضبان pro العصيان *rebellio*, quam vocem Auctor mox data opera repetit.

موضع الظهر فاول من شهر سيف العصيان وفوق سهام
العدوان وشرع بالمخالفة (54) الرديني (55) خدايداد
الحسيني متولي ما وراء نهر سيحان واطراف تركستان
فوجد من كان عزم علي نقض يده من عقد الطاعة اماما
يقتدي به في البغي ومفارقة الجماعة لا سيما وقد كان
صوانع الربيع قد اذاب بجمراته سبايك الجمد والثلوج ورصع
بما اخرجه من ذلك ديباجة الارض وروضات
الجنات (56) وارباض المروج واستمعت اصوات
الحشرات (57) صيحة الرعود بالحق فقالت ذلك يوم
الخروج فاقتفي خدايداد في العصيان والعناد شيخ نور
الدين وكان عند تيمور من المقدمين وذوي
الامراء والمتمكنين فانخزل جهارا وسار ليلا ونهارا
فوصل الي خدايداد وقوي منه الظهر والاعضاد وشاركه
في التمرد والفساد ثم بعده فرط نظام
الطاعة

(54) الرديني Epitheton eſt *haſtæ rectæ*, quod nunc, ut in his fieri ſolet, abſolute pro ipſa *haſta* ponitur, derivatum a ردينة *Rudeina*, conjuge artificis, *haſtarum rectarum* peritisſimi, in Regione Bahtein, cui nomen erat سمهر *Sembar*.

(55) De *Chudajidado*, quod Perficum nomen tantumdem valet, ac *Theodorus*, *donum Dei*, confer ſupra p m. 538. ubi dicitur

rant, palam protulerunt. Primus autem, qui gladium rebellionis vagina eduxit, vibravitque, & crenam ſagittæ hoſtilitatis aptavit, haſtamque rebellionis projecit, fuit *Chudaidadus Huſſeiniades*, Præfectus regionis ultra fluvium *Jaxartem*, & *Turkeſtaniæ*. Invenit itaque, quisquis tendebat manum ſolvere e nodo obedientiæ, *antiſtitem*, *quem imitaretur præeuntem in defectione & ſchismate concitando*, eoque magis, quoniam *ver*, *inſtar Aurifabri*, *jam liquefecerat carbonibus ſuis laminas glaciei & nivis*, *& plumaverat*, *filis quaſi aureis inde eductis*, *genas telluris*, *& viridaria hortorum*, *& cubilia pratorum*, & audiverunt reptilia, ac ſi eſſent *mortui* [die noviſſimo ſuſcitandi] clamorem tonitruum vere dicentium: *hic eſt dies prodeundi* [e latibulis, quaſi ex ſepulcris.] *Chudaidadi* vero veſtigia in rebellione & contumacia preſſit *Sjeich Nureddinus*, unus ex iis, qui apud *Timurum* præcipuo habebantur loco, & conſilio atque auctoritate plurimum valebant. Palam autem defecit, iterque fecit noctu & interdiu, venitque ad *Chudaidadum*, cujus vires hac ratione fuerunt firmatæ, atque iniit cum eo ſocietatem pervicaciæ & inſolentiæ. Poſt eum porro obedientiam, ſeu lineam margaritarum, disrupit *Sjab-Melik*

dicitur منسوبا الي السلطان حسين *genus referens ad Sultanum Huſſeinum*, pro quo nunc, voce patronymica, الحسيني.

([56]) Mendoſe *Ed. Gol.* وارياض pro ,وارباض quemadmodum ſupra quoque, p. m. 128. T. 1. ريباض & noſtrum ارباض conjunguntur.

([57]) Reſpicit ad verba *Corani* Sur. L: 41.

للطاعة شاه ملك واخذ في طريق المخالفة وهو منهمك
وخرج من سمرقند وهو يصرخ وقطع جيحون ووصل
الي (58) شاهرخ وكان نظير شيخ نور الدين وذا راي
مكين وفكر رصين فلم يكترث خليل سلطان بالعاصي
واكرم من لم يعص (59) وعم بنتاج انعامه كل راس
وما خص.



ذكر اخبار الله داد صاحب اشباره واخلايه اياها
وقصده دياره وما صنع من تدبير الملك واثارة
قولا وفعلا واشارة الى ان ادرك
في ذلك دماره وبواره

ثم ان الله داد جمع اخصاوه لمهلة
وورود الخبر عليه وشاورهم فيما يصنع
وما

(58) De filio hoc *Timuri*, & urbe ab illo denominata vid. *Cap.* XXXI. T. I.

kik, qui itidem summa usus diligentia inivit viam rebellionis & reliquit *Samarcandam*, auxilium implorans, transiitque Oxum, & venit ad *Sjabrucbum*. Erat autem *Sjeicbo Nureddino* similis, firmo consilio, stabilique prudentia conspicuus. *Sultan* vero *Cbalil* parum curans rebelles honoravit eos, qui non deficiebant, & circumdedit omne caput beneficentia sua, veluti *Tiara*, nec quidquam sibi proprium habuit.



CAPUT LV.

Exponuntur res gestæ Allabdadi, Præfecti Esbaræ, qua relicta patriam petiit, &, quid egerit de gubernando Regno, ac moverit dictis factis, ejusque consilia, usque ad ejus pernitiem & interitum.

Tum *Allabdadus* nocte qua nuntium illum accepit, convocavit potiores suos amicos, eosque consuluit de eo, quod sibi foret faciendum, & agendi ratione,

(59) Legendum potius وعــــــمــــــم in II *specie*, verbi عم quippe quæ speciatim de *Tiara*, *capiti circumvolvenda*, frequentatur.

وما يبني اموره عليه فاتفقت كلمتهم واجتمعت مشورتهم
علي قصده ديارة واخلايه اشمارة فانهم كانوا في ذلك
المكان كالفسيق في شهر رمضان (٦٠) والزنديق بين
قراء القرآن فلما طوي الدجى (٦١) ملاءته المسكية ونشر
علي المكان (٦٢) مروطه الكافورية والقى ثعبان الفجر
من فيه علي هذا السقف المرفوع (٦٣) خرزته المضية حضر
الى خدمة السلطان امراء الجيش
علي عادتهم ورؤس الاجناد من الترك
والخراسانيين

(60) زنديق idem fere est in scriptis Arabicis, qui Judæis *Zadducæus*; vid. *Hotting. Hist. Or.* p. 255. & 579 sqq. Alii vero contendunt, vocem hanc speciatim designare *Magum*, sive, qui *Zoroästris* disciplinæ sit addictus; ex usu autem maxime recepto hoc nomine censentur illi, qui sive nullam sectantur Religionem, impii; sive, si quam proficeantur, ejus tamen præcepta flocci faciunt, quod observat *Herbel.* p. 929. ubi laudat dictum *Saadii Schetrazitæ*, quod non longe abit ab hoc nostro, *qu' une belle Personne au milieu des aveugles, est, comme un Livre saint dans la maison d'un Zendik.* Certe utraque formula eo tendit, *Allabdadum* in urbe ista *Esbara*, quæ a sede Imperii, Samarcanda, erat remotissima, in loco fuisse, ab ingenio & moribus suis alienissimo.

(61) ملاءة *vestem*, *pallium* nunc notat, quo usu etiam venit supra p. m. 188. lin. ult. T. I. ubi pro *divitias lucis* substituendum potius in versione, *pallium lucis*. Conf. *Lette in Amralk.* p. 188. sq.

tione, quam nunc iniret. Unanimi vero confilio in eam iverunt fententiam, ut, relicta *Esbara*, in patriam fuam rediret. Erant autem eo in loco, *veluti fceleratus* in [facro Jejunii menfe] *Ramadan*, & *homo nullius religionis inter Alcoraniftas*. Simul itaque, ac aër *complicuiffet pallium fuum nigrum*, & *expandiffet fuper terram veftes fuas albas*, & *Aurora*, *ceu ferpens*, *in hoc fublime tectum coeli lapillum fuum fplendefcentem ejeciffet*, præfto fuerunt ad ferviendum *Allahdado* pro more fuo Duces exercitus, Præfectique copiarum Turcicarum, Chorafanenfium, Indicarum,

fq. Additum vero Epitheton المسكية, quod *mofchinum* fignificat, nunc ponitur pro *nigro*, five السود, uti obfervat *Schol.* ad h. l. addita hac ratione, لان السود يشبه بالمسك كما يشبه البياض بالكافور; *quia*, videlicet, *nigredo fimilis eft Mofcho*, *quemadmodum albedo Camphoræ;* unde mox الكافورية pro *albo* ponitur.

(62) *Schol.* vocem مروط exponit per جمع مرط وهى كسا من خز او صوف, eam nempe effe *pl. num. vocis* مرط, *quæ notat veftis genus ex ferico grosfiori*, *aut lana.*

(63) Alludit ad *lapillum album*, quem *ferpens* creditur ore effundere miræ virtutis, quocum *fplendorem Auroræ* more fuo comparat: notat nempe الخرزة *fphærulas*, *vitreas* & quasvis iis fimiles, unde الخرزة adhibetur etiam de *gemma*, quæ diademati Regio, fingulis annis Imperii, inferitur. Sic etiam خرزة البقر notat *lapidem*, *qui nafcitur in fellis bovini folliculo;* cujusmodi plures lapides, vi Medica infignes, recenfent Hiftoriæ Nat. fcriptores.

والخراسانيين والهنود والعراقيين فاختلي بافاضلهم (64)
ومدارة مقاولهم ونشر لهم من هذه القضية طيها وطلب
من ارايهم فيها رشدها وغيها واستكتمهم
امرها كيلا يستنشي الموغول نشرها واني لعين
الشمس في الصحو الاستتار وكيف يخفي علي
ذي عينين النهار فكل منهم فوض الامر
الي مرسومه وطرح قصة هذه القضية في جيب
مكتومه فاستدعي من اوليك الرفاق ان يكونوا معه
فيما يراه علي طبق الوفاق واجابوه الي سواله وربطوا
افعالهم باقواله فاكد ذلك بطلب ايمانهم ان اسرارهم في
ذلك كاعلانهم فشرع كل في المحالفة انه ليس في
موافقته مخالفة وانه مهما راءه الله دان امتثله وما امره به
فعله وحين امن مخالفتهم وعصيانهم وحصل
له (65) الجسار بربطه اعناقهم بايمانهم قال اي جماعة
الخير

(64) Minus bene vulgo legitur ومدارة, namque ة eſt Radicale. Conf. ad p. m. 58. n. 37. T. I. ubi idem mendum ſuſtuli. Sunt nempe مدارة *qui pro aliis verba faciunt*, *Tribuni populi*, *Capita Familiarum*, &c. unde nunc componuntur cum مقاول ſive *Dictatoribus*, quo de titulo conf. *ad Monum. Vetuſt. Arabiæ* p. 12.

dicarum, & Irakensium. Tum in locum secretiorum cum præstantioribus, ac præcipuis præfectis ex iis, secessit, quibus casus hujus plicas explicuit, & quæsivit ex eorum consiliis, quæ in rectam viam & in errorem ducerent, rogavitque eos, ut hoc negotium celarent, ne *Mogolus ejus famam odoraretur; sed unde coelo sereno occultatio ab oculo solis? & qua ratione dies celabitur duos oculos habenti?* Tum singuli negotium ipsius præscripto crediderunt, & statum hujus causæ abdito ejus gremio commiserunt; petiitque ab illis societatem, ut secum facerent in eo, quod congruum sibi videretur, cui ejus petitioni annuerunt, & suas actiones ipsius dictis alligarunt. Quod ut eo firmius foret, petiit ab iis jusjurandum, interna mentis ipsorum ea in re ita esse comparata, quemadmodum palam præ se ferebant. Tum juraverunt omnes, nullum fore in suo consensu dissensum, seque quibuscumque *Allabdadi* consiliis obsecuturos, &, quicquid juberet, effecturos esse. Cumque certus fuit de eorum rebellione & defectione, atque adeptus fuit *commoditatem*, colligatis ipsorum collis proprio suo juramento, dixit: *ô socii optimi!*

(**) Ludit in ambigua significatione utriusque vocis يسار, & ايمان, quarum illa *manum sinistram* potest denotare, sed & simul sonat *commoditatem*, *fortunæ felicitatem*; hæc *manum dextram*, sed *plerumque jusjurandum*, ut sensus sit, *Allabdadum* conjuratorum voluntatem, quasi cervicibus ad dextram ipsorum alligatis, in sua habuisse potestate.

المخبر وقبحتم الضر وكشفتم المخبر
فرايي ان اكون في (66) صلاة هذا الامر امامكم
فانا اتقدم بجماعتي الى سمرقند
امامكم فامهد الامور لكم وارسل
الي بلادكم هذا بلادكم وايم الله لا ياخذني
فتور ولا هدو ولا اترككم مضغة لضاغم (67)
لصغر السن فان رايتم ان تضبطوا بحسن الاتفاق
سوركم (68) وتجمعوا قريحة ومرد قلعتكم من
سورة شارب العدى وسوركم فلن امهلكم الا بقدر
ما اقطع نهر خجند واصل الى سمرقند فامهاوي
مرنقها اصل وبخليل سلطان اتصل فتبعوا مراده (69) واقتفوا
ما اراده وعاهدوه ان لا يتخلفوا من بعده ولا يحلوا بعد
ارتحاله من رقابهم حبل عهده فامر عليهم راس جنود
العراق وكان هو اكبر الرفاق بالاتفاق وقرر لكل
مسلحة في اسوارها من كل سلاح جزء
مقسوما

(66) Formulis utitur facris; جماعة enim, quod fpeciatim *Ecclefiam* notat, ad *focios conjuratos*, & morem, quo *Antiftes*, الامام, *ritus precationis folennis*, five الصلاة, reliquis præit, transfert, ut fignificet, fe *Ducis* partes impleturum.

mil vos malo provideritis, & noxam amoveritis; ego videbo, ut in procurando hoc negotio vestrum agam Antistitem. Ante vos cum meis præibo Samarcandam, & vobis præparabo negotia, atque mittam ad vestram regionem hanc alios, &, per Deum! non quiescam, nec relinquam vos escam in ore hostis. Et, si videritis, ut optimo consensu res vestras gubernetis, & defendatis scaturiginem aquationis [sive aditus] *arcis vestræ a vi mystacis hostilis, murosque vestros, ego certe vos non diutius morabor, nisi, quantum opus est, ut trajiciam fluvium Jaxartem, & veniam Samarcandam. Vos itaque me exspectate, donec advenero, & Sultanum Chalilum adivero.* Tum voluntati ejus obsequentes, & comprobantes, quod cupiebat, promiserunt ipsi, se nequaquam deinceps dissensuros esse, nec dissoluturos, post ipsius discessum ex sua societate, funem pacti sui. Tum præfecit iis Ducem copiarum *Iraka*, qui maximus erat, sociorum omnium consensu, posuitque singulos ex omnibus militibus in distributa parte muro

(٥٣) *MS. Gol.* فسي ثغر, quod iterum ambiguum est, nam الثغر os denotat, & hinc etiam *castrum limitaneum*, *hostico confine*, quale erat *Eschbara*.

(٥٤) Procul dubio legendum est وتحموا, a حمي *studiose defendit*. Similem vero Metaphoram ortam ex ambigua significatione vocis ورد, *aquatio*, vide supra p. m. 230.

(٥٥) Mendose *Ed. Gol.* واقتعوا pro واقتفوا, a قفا *pressit alicujus vestigia*, item in VIII. sp. *aliquid eligere, sibi proprium facere*, quod unice hic quadrat.

مقسوما وصار زعيم اولئك
السلاطين كالنبي في
امته مع انه كان يدعي معصوما .



فصل

ثم امر الملك زاد بتفحيص
الامور وخرج سابع عشر شهر
رمضان المذكور ولم يلتفت الى
برد وحر وكان قد استوطن
اشبارة واستقر ونقل اليها
حريمه واولاده وبذلك امر حاشيته
واجناده فاقتلع معه الكل
كبيرا وصغيرا ولم يدع بها
مما يتعلق به فتيلا
ولا نقيرا فساروا تارة دبيبا (71) وحبا (72) زحفا
وطورا

(70) Dicere vult, *Præfectum hunc ab omnibus fuisse contemtum, quin & morti traditum.* Respicit nempe ad geminum حديث five dictum, quod Muhammedi tribuitur. Unum habet: الشيخ

murorum, evafitque Dux iftorum militum, *veluti* (70) *Propheta in fua patria, etfi fe jactaret innocentem.*



SECTIO.

Tum jusfit *Allahdadus* res fuas expediri, exiitque die decimo feptimo Menfis Ramadan fupra commemorati, nihil curans frigus & æftum, jamque habuerat *Efchbaram* pro patria fua, ubi fedem fixerat, & in quam transtulerat Gynecæum fuum, & liberos, quæ mandavit, adfeclis & militibus fuis. Abierunt itaque cum eo omnes, tam magni, quam parvi, nec ibi reliquit ex eo, quod ad fe pertineret, quantumvis vile, nulliusque pretii. Atque iter fecerunt, nunc reptabundi, feftinantes, pedetentim prorepentes; nunc terra nive fua *eos ad inediam*

الشيخ في جماعته كالنبي في امته *Doctor in fuo populo eft, ut Propheta in fua gente.* Conf. *Math.* XIII: 57. Alterum vero: واقتلوه من ادعي العصمة بعدي, *qui poft me fefe peccati dixerit expertem, eum occidite.*


(71) Mendofe *Ed. Gol.* وخببا.

(72) In *Ed. Gol.* legitur رجعا, quod manifefto correptum eft ex زحفا *pedetentim & lento gradu procedere*; quafi *humi rependo*, quæ vox eft tritisfima, & huic loco longe aptisfima.

وطورا (73) تسومهم الارض بمن
قتلاه بجهلها خسفا واونة
تسقط (74) السماء عليهم
كسفا فادركهم العبد (75)
المرقوق في مكان يدعي
قولا تجوق من ابرد البلاد كانه
ينبوع ريح (76) عيان قلت

اذا احتاجت جهنم زمهريرا
تنشق منه انفاس الهجير .

ذكر




(73) Conf. hac de formula, quæ alias Metaphorice usurpatur, Cl. Schult. ad Ham. p. 588.

(74) Ad imitationem Corani. Vid. Sur. XXVI: 186 & XXXIV: 9.

ediam adigebat, nunc *coelum super eos demittebat frusta*, eosque *Festum tenue* attigit in loco, dicto *Kalataguf*, omnium frigidissimo, *ac si esset scaturigo venti, quo perierunt Adæi*: Dixi.

Quando gehenna indiget vehementiori frigore,
Attrahit quasi naribus ex eo spiramina; quæ inserviant refrigerando æstui suo meridiano.

CAPUT



(75) عيد *Festum* speciatim designat *solenne illud*, quod post Jejunium mensis *Ramadan* a Muhammedanis celebratur, Turcarum بيرام, sive *Pascha*, ubi genio maxime indulgent. Id vero nunc dicitur مرقوق *tenue redditum*, ob egestatem, ut puto, qua in hoc itinere premebantur. *Vatt.* reddit: *la Feste Maigre.*

(76) Alludit ad ventum illum vehementissimum, quo deleti dicuntur *Adæi*, *Sur.* LXIX: 6. Unde vero *Vattier.* exsculpserit hic loci, *vent de Bise*, plane nescio.



ذكر ورود مكتوبين الي الله داد من خليل سلطان وخدايداد تخالفت معانيهما وتباينت فحاويهما

فورد عليه مرسوم من خليل سلطان يذكر فيه ما حصل لجده من حادث الزمان وانه استولي علي سريره واطاعه من الملوك كل كبير القدر وصغيره وان الامور بحمد الله مستقيمة وقواعد الملك علي عاداتها القديمة مقيمة فلا يحدث امرا ولا يخرج من بحر مدينته برا (٢٣) وليسدك بمكانه وليتلبث باشباره مع طوايف جنده واعوانه وليطيب خاطر الجزء والكل (٢٤) فتحير الله داد وتفكر وحاسب نفسه هل يربح في سفره ذلك او يخسر (٢٥) ففكر وقدم فقتل كيف قدم فبينا هو

(٢٣) Ita *Cl. Schult. in N. Crit.* apposite corrigit editum وابسدل ex loco gemino p. m. 270. T. I. ثم اذه سدك بمكانه.

(٢٤) Post الكل *Cod, Colb.* addit فانه عقيب ذلك يرسل اليهم بدل الكل من الكل.



CAPUT LVI.

Accipit Allahdadus duas epistolas, a Sultano Chalilo & Chodaidado, quarum argumenta & sensus inter se pugnant, sibique sunt contraria.

Allatum fuit ad eum diploma *Chalili Sultani*, quo significavit *casum Fortunæ*, *qui Avo suo acciderat*, *seque solium ejus occupasse*, *omnesque Reges*, *sive potentiores*, *sive tenuiores*, *ipsi morem gerere*; *Rempublicam*, *laus sit Deo! recte constitutam esse*, *& leges Regni secundum receptum morem persistere*, *ne proinde quicquam innovaret*, *neque ex urbe sua*, *ceu mari*, *in continentem prodiret*, *utque permaneret in loco suo*, *& Eschharæ inhæreret cum copiis suis militaribus*, *utque beneficiis conciliaret animos singulorum*, *& omnium*. Tum hæsitavit *Allahdadus*, & meditatus fuit, & secum rationes inivit, utrum in isto itinere lucrum, an jacturam faceret; atque *cogitavit & decrevit*, [quæ faceret,] *sed periit*, *quemadmodum decrevit*. Dum autem in negotio suo expendendo huc illuc sese vertebat, ac *flamma*, *& sub-*

(⁷⁹) Formulæ sunt ex *Corano Sur.* LXXIV: 18 & 19. Ubi *Gelal.* verbum قتل *occisus est*, exponit: *maledictus & punitus fuit*.

هـــن في امره يعبث ويبدي (١٠) ويلحم في شقة افكاره
ويسدي واذا بقاصد خدايداد ورد عليه يستحثه علي الخروج
من اشباره والوصول سريعا اليه ووجد لخروجه من اشباره
منفس خليل سلطان مندوحة وعاش فنام وهو مغمض
العينين بعد ان مــات وعيناه مفتوحة فطوي بســاط
تردده وتوجه ببسط امله نحو مقصده ولكن كان بينه
وبيـن المراد خرط القتاد والموانع التي ذكرها صاحب
الوصول الي (١١) سعاد مع زيادة نهر سيحون وخدايداد
فواصــل (١٢) التاويب والاساد حتي وصل الي خدايداد
فابتهج برويته واستنجح مقصوده بطلعته ثم قطعا نهر
خجند وقصدا ضواحي سمرقند ووصلا الي حين
غفلــة وفترة الـي مكان يسمي
تبرك وقد (١٣) شهرا للعدوان الحسام وشرعا للفتك النبرك
فاحتاطا علي جشار تيمور فنهباه ونقلاه علي
ما

(¹⁰) Jungi amant الحم, *fubtemina inferuit*, & سدي *ftamina difpofuit*, atque Proverbiale quid redolent. Conf. *Cl. Schult. ad Ham.* p. 598.

(¹¹) سعاد nomen eft proprium, a quo incipit Carmen Panegyricum *Caäbi Ibn Zobeir in Muhammedem*, quod edidit *Rev. Lettenius*. Defcribit in eo, præter alia, difficultates, quæ impediant fuam conjunctionem cum illa fua *Amafia*. vid. verf. 6. fqq.

subtemina pertexebat in tela suarum cogitationem, ecce ipsi adest nuntius *Chodaidadi*, qui ipsum excitabat, ut, relicta *Eschbara*, protinus ad se veniret, invenitque, pro exitu suo ex *Eschbara*, penes *Chalilum Sultanum*, locum ampliorem, & vitam recuperavit, ac securus dormitavit, &, cum clausos habuisset oculos, [quasi] post mortem, nunc eos habuit apertos; complicuit itaque stratum hæsitationis suæ, & abiit cum ampliori spe versus scopum suum. Sed erat inter eum, & id, quod intendebat, *decorticatio tragacanthæ* [difficultates insuperabiles] & obices, quorum mentionem fecit [Caäb Ben Zoheir] qui cupiebat pervenire ad [Amasiam suam] *Soad*, inprimis cum tumidus esset fluvius *Jaxartes*, & *Chodaidadus*. Iter itaque continuavit die & nocte, donec pervenit ad *Chodaidadum*, qui ejus conspectu exhilaratus fuit, seque ejus adspectu voti compotem existimavit. Tum ambo *Jaxartem* Fluvium trajecerunt, & petierunt campos *Samarcandæ*, & pervenerunt ad tempus socordiæ & languoris in locum, nomine *Tisec*, & inimicitiæ gladium vibrarunt, hastamque violentiæ protenderunt. Tum supervenerunt Hipparcho *Timuri*, eumque diripuerunt, & abstulerunt, quicquid inveniebant de nummis, & bonis


sqq. Non alius itaque est صاحب الوصول (sive طالب, الي سعاد) nisi ipse ille *Caäbus*, cujus carmen aliquam habet cum præsenti argumento convenientiam.

(82) Sic & supra تاريب & اسان p. m. 266. T. 1. conjunguntur. Vid. n. 66.

(83) Mendose *Ed. Gol.* شهر pro شهرا, cum de duobus res sit, & mox التبرك pro النبرك, *hasta*, uti est in *MS.* Atque ita locum nostrum jam emendavit *Cl. Schult. in Anim.* p. 352.

مما وصلا اليه من نقد وجنس فسلباه واكثرا هنالك
شرا وفسادا واشبها في ذلك تسعة رهط (24) ثمود
وعادا وكانت هذه اول شرارة شر وبدعة سقطت
من سقط (25) الزند وبسطت يدها بالفتن بعد
قبض تيمور في ممالك سمرقند
لان اهلها كانوا قد امنوا الشرور ووقوع الفتن في حياة
تيمور فصبحتهم اولئك المفترون
اتاهم العذاب من حيث لا يشعرون وذلك في شوال سنة
سبع وهو العام الذي خلا من
تيمور الربع وما امكن السلطان خليل تدارك
هذا الخطب الجليل .


ذكر



(24) *Themudæi* & *Aädæi* sæpius in *Corano* notantur a flagitiis suis & protervia, unde in Proverbium fere abierunt. Vid. *Maracc.* p. 282, sq.

bonis mobilibus, eumque expoliarunt, & majorem continuo isti ambo patrarunt malitiam, & violentiam, similesque fuerunt in ista protervia *Tribui Themudæorum* & *Aädæorum.* Fuitque hæc prima scintilla mali, *& primus ignis ex igniario excussus*, cujus vis per turbas, *post mortem Timuri*, latius pervasit per ditiones *Samarcandæ*, namque, cum in vivis esset *Timur*, cives ejus immunes fuerant malorum & invasionis bellicæ, quum vero incursionibus hostilibus eos obruerunt illi *impii*, *poena ipsos oppressit*, *unde ne suspicabantur quidem.* Idque contigit mense *Sjaval* anni septimi, istius videlicet anni, quo *Timur* diem suum obiit, neque potuit *Sultan Chalil* gravi huic negotio remedium adferre.

CAPUT



(35) Male vulgo legitur مسقط pro سقط, uti emendavit *Cl. Schult.* in *N. Crit.* nempe, ut observat *Schol.* ad h. l. hic obtinet اشارة الي ديوان ابي علا المعري يقال له سقط الزند *allusio ad syntagma Abi Ala Al Moari*, cui nomen سقط الزند.

ذكر من خلفه الله دان باشمارة من الطوايف وما وقع بعده بينهم من التناكر والتخالف ،

واما امر من خلفه الله دان في اشمارة من طوايف الاجناد فانهم خافوا من المغول حلول حينهم (16) فتحربوا ولختلف الاحزاب من بينهم فمنهم فرقة قال قايلهم انا علي عهدي قوي فلا اخون وامين وقد (17) استمسكت يدي بعروة عهد مكين وارتبطت بحبل حلف فلا اصبر من اهل (18) الشمال باليمين وادني ذلك ان نصبر حتي يصل من الله دان رسول او كتاب وننظر ما تبين فيه من سلوك سنة (19) فنميز بصايب نظرنا الخطا في ذلك من الصواب فان وافق ذلك مرادنا امتثلنا ما (20) يقول واتبعنا في ذلك الكتاب

(16) *Ed. Gol.* mendose فتخربوا pro فتحربوا. Quod autem sequitur: اختلف الاحزاب من بينهم, phrasis est *Corani*, *Sur.* XIX: 36.

(17) Gemina est formula *Corani*, Sur. II: 257. وقد استمسك بالعروة الوثقي.

(18) Ludit iterum in ambigua significatione vocum الشمال & اليمين. Conf. supra p. m. 560. & *Cl. Schult. Anim.* p. 180.

CAPUT LVII.

De iis, quos Allabdadus post se reliquit, ac dissidiis, & contentionibus, inter eos deincept exortis.

Quod autem attinet ad copias militares, quas *Allabdadus Eschbaræ* reliquit, hæ metuentes, ne *Mogoli* perniciem sibi inferrent, convenerunt, sed *discordes inter se fuerunt sectarii*, quorum pars [*secta*] fuit, e quibus hic & ille dixit: *ego pacto meo firmiter inhærebo, nec datam fidem fallam, nec mentiar, jamque porro manum meam tenebo ad ansam foederis firmiter constituti, & constringar vinculo jurisjurandi, nec ero ex iis, qui ad sinistram erunt collocandi* [in ultimo judicio] *propter juramentum* [*non servatum*] *estque illud minimum, ut exspectemus, donec adveniat ab Allabdado Legatus, aut epistola, atque videamus, quænam via tum præscribatur, ac discernamus rectâ nostra attentione aberrationem in eo a scopo. Quod si congruat id cum nostra intentione, sententiæ ejus obtemperabimus, atque tunc sectabimur epistolam, & legatum, & protinus operam dabimus sequendo illam normam cum cœtu. Sin*

(**) Ita omnino legendum est cum *MS.* pro تمييز in *Ed. Gol.*

(**) Minus bene vulgo legitur تعول.

الكتاب والرسول وتوجهنا في تلك الساعة سالكين
السنة (٩١) مع الجماعة وان جالحنا في كلامه بخطاب
اجلح عدلنا الي الاعتزال ومال كل منا في مصالحة نفسه
الي القول بوجوب رعاية الاصلح ومنهم شيعة مالت الي
رفض تلك الدايرة المبادرة الي الخروج من لشبارة وانتقلوا
من تكرار هذه المجادلة الي القتال وقطع راس احد
روس الخراسانيين في مصاف النزال ومنهم طايفة اهمتهم
انفسهم فلم (٩٢) يلبثوا الا عشية او ضحاها ثم تحملوا
وخرجوا من المدينة وتركوا الدار تنعي من بناها فلم
يسع الباقين الا اتباعهم في الخروج لان مقامتهم من اول
الزمان هناك كانت كبنيان القصور علي الثلوج فتحملوا
بقضهم وقضيضهم ونجهروا بصحيحهم ومريضهم وتركوا
البلد بما فيه من غلات ومستغلات ونعم وخيرات
واموال (٩٣) واقمشة ونفايس مدهشة ولم يبق
فيه من تلك الامم المسجونة سوي ما

بق

(٩١) Ludit in vocibus ad religionem ſpectantibus ; ex his ſunt السنة *Traditio*, الجماعة *Eccleſia*, *coetus*, & mox illæ, quibus reſpicit ad nomina ſectarum inter *Muhammedanos*. In اعتزال alludit ad ſectam *Mutazelitarum ſchismaticam*, unde ſupra

Sin in sermone suo nobis adversetur oratione difformi, ad schisma deflectemus, & unusquisque nostrum in concinnando suo ipsius negotio inhærens geret sententiæ: in necessitate [sui ipsius] *curam esse optimum.* Alia vero eorum pars [quasi secta contraria] inclinavit ad repudiandam istam regionem, & *Eschbaram* quantocius deserendam, & transierunt a repetitione hujus altercationis ad pugnam, abscissumque fuit caput unius ex Ducibus *Chorasanensibus* in ipso loco pugnæ. Aliqui autem ex iis, pro se ipsis vehementer solliciti, *non morati fuerunt, nisi per unicam vesperam, aut unicum mane;* tum sublatis sarcinis ex urbe exierunt, & *reliquerunt domum* [vacuam] *quæ annuntiaret mortem ædificatoris sui.* Reliqui proinde non potuerunt, nisi eos in exitu sequi, namque consessus eorum istic loci ab initio fuit, *veluti arces nivi superstructæ.* Migrarunt itaque *in universum omnes*, & abierunt cum sanis suis & ægrotis, & reliquerunt urbem, secum auferentes, quæ in ea erant ex frugibus, & fructibus, & commodis, & bonis, & opibus, & utensilibus, & rebus prodigiosi pretii, nec quicquam ibi remansit ex multitudine illa, carceri quasi inclusa, præter id, quod auferre

supra habuimus اهل المعتزال p. m. 90. ↑. 11. in usu vocis رفض & شيعة ad *Raphiditas* sive *Schiitas*, qui partem *Alii* sequuntur, quales censentur *Persæ*, *Turcis* qui *Sunnitæ* dicuntur, contrarii.

(92) Phrasis est *Corani Sur.* LXXIX: 45.

(93) Mendose *Ed. Gol.* والدهشة, quæ vox est nihili.

به مما عجزوا عن حمله من اموال مشحونة وسوي امراة واحدة مجنونة واعقوا باالله داد وهى عنه خدايداد فلم يعنف واحدا منهم بما فعل واعتذر اليهم بان خدايداد منعه ان يتوجه الى سمرقند ويجهز لهم البدل وامرهم بالاقامة معه مستوفزين وان يكونوا لفرصة التوجه الى سمرقند اذا لاحت (٣٠) منهزين .



ذكر ما تم لالله داد مع خدايداد وكيف ختله وخلبه واسترق عقله وسلبه ،

ثم ان خدايداد تحقق بوقوع هذا الغسان ناكر العداوة بين خليل سلطان والله داد فركن اليه بعض الركون وجعل يستشيره فيما يصير من امره وما يكون وكان عند خدايداد طايفة من مماليك الاجناد تخلفوا من العساكر

(٣٠) Leg. potius منتهزين part. VIII. *Conjug.*

ſerre non poterant, ex bonis gravioribus, & præter unicam mulierculam maniacam, & venerunt ad *Allabdadum*, qui erat apud *Chodaidadum*, & nemini ex iis moleſtiam creavit, ob id quod commiſerat, imo ſe apud eos excuſavit, quoniam *Chodaidus* ipſum impediverat, quo minus *Samarcandam* peteret, iisque permutationem procuraret, juſſitque eos, ſecum permanere paratos ad abitum, utque ad captandam occaſionem, quando ſeſe obtulerit, *Samarcandam* petendi, eſſent expediti.



CAPUT LVIII.

Quid perfecerit Allabdadus cum Chodaidado, & quomodo ipſi ſuis artibus mentem fuerit ſuffuratus, eumque deceperit.

Tum *Chodaidadus*, perſuaſus, per commiſſam hanc prævaricationem inter *Sultanum Chalilum*, & *Allabdadum*, firmam eſſe ſtabilitam inimicitiam, aliquam in eo poſuit fiduciam, coepitque eum conſulere de exitu ſui negotii. Habebat autem ſecum *Chodaidadus* catervam ex ſervis militum, qui ab exercitibus in iſta regione erant relicti,

Conjug. qua verbum ﺗﺮﺻﺪ de eo, qui *captat occaſionem*, ſolet frequentari. Conf. ſupra ſub finem *Cap.* XX.

العساكر في تلك البلاد وقد ضيق عليهم المسالك واراد
ان ينقلهم من (95) ممالك الي مالك فلم ينعم له الله باذن بذلك
وقال ان عبادة الاكياس استجلاب خواطر الناس
خصوصا في مبادي الامور وحدوث اوايل الشرور فلا
تنفر (96) عنك الخلق وعاملهم اولا بالاحسان والملق واي
فايدة في قتل هولاء وتمزيق اديمهم سوي نفي الصداقة (97)
وتاكد العداوة بيننا وبين مخاديمهم وربما يكون في
خاطر احد من مخاديمهم نفرة من خليل سلطان ويروم
لذلك مظهرا وملجا (98) ياوذ به من رفيق او مكان
فتلجيه الضرورة الي ان يقصد ممالك تركستان فاذا اديته
في متعلقيه اني يبقي له اليك ركون واطمينان واقل
ما تفعل مع هولاء يا انسان (99) امساك بمعروف او
تسريح باحسان ومخاديم هولاء لسنا رفقاء والخليل
سلطان اصدقاء فمتي ازعجت منهم الجميل ملكت
كل رفيق وجليل والقيت العداوة بين من عاداك
من صديق وخليل، فلما سمع كلامه القي الي
يده

(95) Similem lusum, nunc captatum ex gemina voce مالك, vide supra, p. m. 512.

(96) Minus bene vulgo legitur ينفر.

relicti, quosque in custodia detinuerat, voluitque eos *a Domino* [suo] *transferre ad Malichum* [custodem Gehennæ]. Sed in eo dissentiens ab ipso *Allabdadus* dixit: *consuetudo prudentiorum est, præsertim in initiis rerum gerendarum, & in primo ortu malorum, animos hominum sibi conciliare; noli itaque homines a Te fugare; sed eos primum Tibi concilia, beneficentia & blanditiis; & quidnam utilitatis in illis trucidandis, penitusque perdendis, præter alienationem sinceræ amicitiæ, & confirmationem inimicitiæ inter nos, & inter ipsorum dominos? forsan erit in animo alicujus ex dominis eorum aversio a Sultano Chalilo, qui propterea petat locum editum, & asylum, in quod confugiat a socio, eumque tunc adiget necessitas, ut se conferat ad regiones Turkestaniæ, sin læseris, qui ab ipso dependent, quanam demum ratione fiduciam & securitatem in Te sibi reliquam habebit? Minimumque, quod facias cum illis, est, ó homo! æqua ratione* [eos] *retinere, aut dimittere cum beneficentia; sic eorum domini nostri fient socii, qui amici sunt Sultani Chalili. Si vero beneficia inter eos sparseris, obtinebis Tibi omnes servos, & dominos, & inimicitiam conjicies inter amicos & intimos, qui odio Te habent.* Quo sermo-

(97) Malim وتاكـبن ex II *specie*, quod & frequentius, & nostro loco magis aptum est.

(98) Minus bene يلوذ *Ed. Gol.* pro يلوذ a لاذ *confugit ad asylum.*

(99) Phrasis est depromta ex lege *Corani de divortio mulierum.* Vid. Sur. II: 229.

يــدة مــن ذلك الأمر زمامه فاشار عليه بسراحهم واحسان اليهم فــي غدوهم ورواحــهم فزان في نجاحهم وراش (***) معصوص جناحهم وصرفهم بالعز فــي طريق مــراحهم ودارت بالــسعد افلاكهم واجتمعت بهم املاكهم وملاكهم ٭



ذكر ورود كتاب من خليل فيه لفظ رقيق لــعــل امر جــلــيــل ٭

ثــم ان وافد خليل سلطان وفد علي الله داد يطلب منه السعي فــي لم الشعث فيما وقع بينه وبين خدايداد وان يستعطف خاطره الي الرضي ويستقبل المودة في الحال ويعفي عما مضي ومهما طلبه يتكفل به ويعد قربه من افضل قربه ويكون هــو السفير بينهما (¹) ويقرر بالصلح عينهما فتوجه

(***) Ita omnino videtur legendum pro vulgato وراس مغصوص, quod vix ullum ſenſum fundit tolerabilem, eleganter contra figuratum راش معصوص جناحهم *plumis inſtruxit nudam, & quaſi depilatam eorum alam*, pro *opem iis tulit, & beneficiis cumulavit*.

ſermone audito, negotii iſtius arbitrium ipſi commiſit. Tum ipſi conſilium dedit eos dimittendi, iisque in omni ſuo negotio benefaciendi. Felicem itaque exitum liberaliter iis conceſſit, eorumque inopiam ſublevavit, eosque honorifice dimiſit in viam commoditatis ſuæ, atque in felici quaſi conſtellatione orbes eorum fuerunt circumacti, & convenerunt dominos, & poſſeſſores ſuos.



CAPUT LIX.

Advenit epiſtola, a Chalilo blandis verbis concepta, ad negotium difficile reſolvendum.

Tum ad *Allabdadum* venit nuntius *Sultani Chalili*, qui petebat ab eo, ut operam daret reſarciendæ iſti diſcordiæ, quæ inter illum & inter *Chodaidadum* inciderat, utque ejus benevolentiam conciliaret, efficeretque, ut amicitiæ protinus obviam iret, & condonaret præterita, &, quoties peteret, pro eo ſponderet, & promitteret, illum præſtantiſſima ratione fore excipiendum, & ipſum [*Allabdadum*] arbitrum fore inter utrumque, & utrumque conventionem ratam habiturum. Adiit itaque *Allabdadus*

(,) Proprie *frigidus erit utriusque oculus in conciliatione mutua*, id eſt, *delectabitur*, *eam ratam habebit*, quæ frequens eſt metaphora. Conf. *Cl. Schult. de Def.* p. 244.

فتوجه الـلـه داد الـي خدايداد وابلغه هذه الرسالة وبين له
ما في هذا القول من رقيقة وجلالة ، وسبب العداوة التي
كانت بين خليل سلطان وخدايداد علي ما ذكر ان
خليل سلطان كان في اوايل الزمان مجاورا لخدايداد في
تلك البلاد وكان جده جعله ناظرا عليه وفوض امور (²)
ترتيبه اليه وكان كزا جافيا وجلفا جاسيا فكان يعامله
بالغظاظة ويقابله (³) بالكثافة والغلاظة وكـان خـلـيـل
سلطان لطيف الذات ظريف الصفات نسيم اخلاقه لا تحتمل
مـــن خدايداد زعازعه وبرد مزاجه اللطيف لرقة حاشيته
لا يثبت (⁴) لمجاذبة المشاقة والمنازعة تتولد من تلك القساوة
بينهما العداوة وسعت بينهما الوشاة الي ان دس له (⁵)
مهلكا فسقاه فكانه احـــســـه فيتدارك نفسه
وتعاطي علاجـه وما يصلح مزاجه فقضي الزمان
بفضل مـــن تـلـك الداهية (⁶) ونجا منه (⁷) ولـبـتـهـا
كانت

(2) Nullus dubito, quin legendum sit تربيته *educationis ejus.*

(3) Minus bene vulgo legitur باكثافة pro بالكثافة *cum crassitie*, quæ, ex metaphora in aliis linguis pariter recepta, ad *indolem parum humanam*, & *duriorem* transfertur. Eadem fere obtinet in كز, جافي pluribusque vocabulis, quæ *siccitatem*, *compactionem*, & id genus alia, proprie inferunt.

(4) Mendose *Ed. Gol.* ومجاذبة. Vide hunc locum laudatum a *Cl. Schult.* ad *Harir.* VI. p. 184.

labdadus Chodaidadum, eumque certiorem fecit de hac epiſtola, ipſique totum ejus argumentum expoſuit. Cauſa autem inimicitiæ, quæ, ut dictum eſt, inter *Sultanum Chalilum*, & *Chodaidadum* extitit, hæc fuit: cum Sultan Chalil in initio vicinus eſſet *Chodaidadi* in iſta regione, Avus ipſius eum conſtituerat ipſius Curatorem, eique commiſerat negotia gubernationis [educationis] ipſius, eratque durus, rigidus, ſeverus, aſper, eumque tractabat cum inhumanitate, & excipiebat duriori, & crasſiori ratione. Erat vero *Sultan Chalil* leniori indole, & moribus elegantioribus, cujus aura blandior ingenii ferre non poterat turbines *Chodaidadi*, & cujus temperamenti veſtis ſubtilior ob tenuitatem oræ non reſiſtebat tractioni disſidii, & concertationis, adeoque ex iſta duritie orta fuit inter utrumque inimicitia, & ultro citroque iverunt delatores, donec illi ſubmiſerit *venenum*, quod quidem bibit, mox autem id ſentiens, ſibi proſpexit, & remedium ſuum adhibuit, læſa tamen fuit conſtitutio ejus, ſed voluit fortuna, ut ab hoc periculo liberaretur, atque ex eo evaſit, *utinam vero mortem id ipſi*

(5) مهلكها proprie *aliquid letbale*, id eſt *venenum*, de quo appoſite adhibetur verbum دس, *clanculum aliquid miſit ſub alia re quaſi mixtum*, atque ita *absconditum*. Conf. geminum locum, ſupra, p. m. 270. ومات بشيء دس اليه.

(6) *MS.* addit منه فنجا in *Ed. Gol.* omiſſum. Pro نضل vero malim نصل, quod hac ſignificatione *liberandi*, qua idem valet ac خلص, magis frequens eſt.

(7) Votum eſt, ad imitationem iſtius in *Corano*, *Sur.* LXIX: 27.

كانت القاضية وبقي في قلبه من ذلك أرج وأورثه العرج فصارت العداوة الخاصة عامة وغدت هذه الفعلة لهذا المعلول علة تامة .

فصل

ثم ان اللنه داد حلف لخدايداد الأيمان الغلاظ الشداد وأكد هذه الأيمان بان (٩) استصحب معه القران وأشار اليه ووضع يده عليه وزاد تاكيدا بايمان الطلاق وبالالتزامات والنذور والعتاق انه لا يقبض من طاعته يدا ولا (١٠) يستحيل عليه ابدا وانه ان

(9) Mendose *Ed. Gol.* استحصب, quod, transpositis literis ص & ح, legendum omnino est استصحب. Solent autem Muham.

ipsi intulisset! & mansit in eo odor vestigiorum istius [veneni,] peperitque ei claudicationem, tum publica evasit privata hæc inimicitia, & opus hoc causa sufficiens facta est huic debili [seditionem concitandi.]



SECTIO.

Tum crassum [&] enorme juramentum fecit *Allahdadus*, quod confirmavit, adsumto *Corano*, quem monstravit, & super quem manum posuit, idque validius adhuc adstrinxit juramento *Divortii*, & obligationibus, ac sponsionibus votivis, se manum non retracturum ab ejus obsequio, nec in æternum se animum suum erga eum immutaturum, seque *Samarcandam* petiturum cum cura, ut instauraret, quod scissum erat, & restitueret, quod erat ablatum, & consueret, quod ab utraque

Muhammedani jurare per *Alcoranum*. Conf. *Cotovici Itiner.* p. 448. & *Mengnet.* in voce مصحف. Utriusque vero jurisjurandi, cujus hic mentio fit, per *Coranum* videlicet, & *Divortii*, exemplum habes apud *Abulphar.* p. 533.

(10) استحال speciatim *de mutata voluntate & affectu* nunc adhibetur, prorsus, uti fit in *Carmine Tograi* v. 15, eodemque usu mox redit.

ان توجه الي سمرقند بجهد في (١٢) راب ما انصدع
ورد ما اندفع ورتق ما بين الجانبين ادعتق [sic]
ورقع بما في خواطرهما من الشحناء والعداوة انخرق [sic]
وان يجهز له تومان احدي نساء تيمور وحاصل الامر
انه تكفل بحسم مواد الشرور واصلاح الامور وان عجز
عن رفع الشنان ومحو سطور العدوان فانه لا يستحيل عن
مصادقة خدايداد في السر والاعلان
وصار يتملق ويترقق ويتوصل
بتمويهات (١٣) زخارفه الي
مجاري فكره ويتسلق ويشدد
ايمانا ترجف القلوب وتصدع
بالله الواحد ويثني [sic]
بالطلاق (١٣) الثلاث من زوجاته
الاربع وكان مخيمهم علي ساحل
سيحون ممتدا وهو عن
شاه رخية نحو من (١٤) بريدين
بعدا

(12) Eandem oppoſitionem inter راب *conſpiſſavit*, *inſtauravit*, (ejusdem originis cum Hebr. רבב) & انصدب *diffiſſum fuit*, ſupra habuimus, p. m. 460. T. 1.

utraque parte rimam agebat, & resarciret, quod in eorum animis præ odio & inimicitia disruptum erat, seque sponsam ei conciliaturum *Touman*, unam ex uxoribus *Timuri*; paucis, spopondit, amputare materias malorum, & componere negotia, &, si impar esset odio tollendo, & delendis signis [lineis] inimicitiæ, se tamen ab amicitia cum *Chodaidado* colenda, nec clam, nec palam, defecturum, atque adulatione & blanditiis continuo usus, offuciis fucati sui sermonis sese penitus insinuavit in ipsum animum ejus [Chodaidadi] adstrinxitque & confirmavit. juramentum, quo contremiscant, & diffindantur corda, per Deum unum, idque *geminavit*, jurans per *triplex divortium a quatuor suis uxoribus*, & habuerunt castra sua ad ripam *Jaxartis* extensa, duabus circiter stationibus ab [urbe] *Sjaruchia*. Tum fraus ejus,


(12) Ita apposite *Cl. Schult.* in *Notis Crit.* emendavit vulgatum زخاوه, cujus loco unice hic quadrat زخارفه *sermones fucati, externo specie pulcri*, a زخرف *comsit, ornavit superinducto fuco, auro*, & id genus aliis. Conf. geminum locum supra p. m. 228. ولا يجعل مزخرفا بتمويهات &c.

(13) *Ed. Gol.* minus bene ثلث. Conf. ad *triplex* illud *divortium* geminum locum p. m. 196. Præterea ludit Auctor, more suo, in numeris, quos exprimunt واحد, ثني, ثلاث & اربع.

(14) بريد spatium est, quantum *veredus*, quæ vox Latina ex hac ipsa *berid* videtur derivata, decurrebat apud veteres Persas, quodque *quatuor parasangis* solet censeri.

بعدا فعبر سهم ختله
الى سويداء قلبه بمكر
ودخل وغربله اذا طحن معه
ذ ساعة ما زرعه بموبنه
في ساحله ونخل الى ان سمح
باطلاقه بعد تاكيد عهوده
ومواثيقه فرجع البلد دان الى (16)
وثاقه واجتمع بحاشيته
ورفاقه وكانوا في شاه رخية
واخبرهم بهذه القضية وكان
قد هيا قبل ذلك امره واخذ
من كل جهة (17) اسلحته وحذره ثم انه
شمر الذيل وقطع سيحون
بالمراكب تحت جنح الليل.


ذكر



(16) الوثاق rariori usu nunc *castra* notat, a *firmitate* ita dicta,

ejus, veluti sagitta, intimum cordis ejus subdole transfixit, penetravitque, *& cum eo accuratissime cribravit, discrevitque portionem farinæ, quam dextra sua* [sive *juramento suo*] *seminaverat in ejus area*, donec facilem se præbuit in ipso dimittendo, post confirmatam suam, quam dederat, fidem, & promissionem; rediitque mox *Allabdadus* ad castra sua, & convenit adseclas suos & socios, qui *Sjarucbiæ* erant, iisque casum hunc exposuit, &, quæ opus haberet, jam ante præparaverat, quam istud negotium susciperet, & undique ceperat *arma & cautelam suam*. Tum, *substricta lacinia*, *Jaxartem* cymbis trajecit *sub ala noctis*.

CAPUT



dicta, cujus exemplum supra quoque observare est p. m. 236. in illo : فاشهره في الوثاق &c.

(17) Phrasis est *Corani*, احذ اسلحة وحذر, quæ supra jam usu venit p. m. 216.



ذكر لحوق الله داد لخليل سلطان وحلوله
مكرما معززا في الاوطان ،

وحين حصل علي هذا الجانب ولم يبق له في ذلك
الجانب حاضر ولا غايب امر في الحال بعكم الاحمال
وشد الاثقال ولخذ الاهبة قبل النهبة فافرغوا عليهم (١٨)
سوابغ السلاح واذن بصلاة الرحيل قبل الفلاح وقدم ضعفة
اهله والاثقال امامه (١٩) ونقض بهذا الاذان شروط الاقامة
وطير الي خليل سلطان مخبر بهذة الاخبار وما جري
بينه وبين خدايداد وكان وصار ويستمده باستقبال المدد
وارسال العدد (٢٠) لاحتمال ان
خدايداد الابله يتفطن لغايلة هذه
الفعلة

(¹⁸) سوابغ fæpe ponitur pro ipfis *loricis amplisfimis*, & quafi *profufis*; nunc vero ufus hujus vocis naturalis, quo defignat *rem abundantem*, *amplam*, *completam*, magis attenditur, fic ut سوابغ الاسلاح *profufa armorum* ipfam inferat *abundantiam armorum*. Conf. *Cl. Schult. ad Ispab:* p. 18.

(¹⁹) Proprie *rupit*, *five violavit in ifta promulgatione leges fubfiftendi*; alludit nempe ad ritum precationis folennis indicandæ,



C A P U T LX.

Pervenit Allabdadus ad Sultanum Chalil, magnoque cum honore in patria sua commoratur.

Quando ad hanc ripam pervenit, nec quisquam ipsi in altera desiderabatur, jussit protinus sarcinas & impedimenta, & arma sumi ante prædationem; atque effuderunt super eos profusam copiam armorum, indixitque *precationem migrationis ante cibum matutinum*, & præmisit ante se debiliores familiæ suæ, atque impedimenta, *prohibuitque in ista promulgatione omnem moram*, & volare fecit nuntium ad *Sultanum Chalil*, qui exponeret hæc nova, & res gestas inter ipsum, & inter *Chodaidadum*, peteretque, ut ipsi obviam mitterentur suppetiæ, & copiæ, si forte stolidus iste *Chodaidadus*, animadvertens periculum hujus facti, in animum suum induceret, eos

cendæ, & peragendæ, de qua verbum اقام speciatim solet adhiberi, sed quod nunc *ex ambiguo* transfertur ad *commorationem*, seu *castra* alicubi *figenda;* sensus itaque est, eum *iter continuo*, nulla interposita mora, *fuisse profecutum.*

(**) Ita recte *MS.* pro الاجتمال in *Ed. Gol.* & mox الابله pro الابلة.

الغداة ويخطر ببالة ردهم ويرسل وراءهم من يصدهم ثم
ساروا كالسهم الصايب وطاروا كالنجم (21) الثاقب
فما اصبح لهم الصباح الا وقد ظهر لهم من السعد فلاح (22)
وجاروا كل قاتم الاعماق خاوي المخترق وقطعوا (23)
علي انوال المسير مما اسدته مطاياهم من مزهر الرياض
الوان الشفق فوصلوا بالسير سراهم فساروا نهارهم اجمع
حتي غشيهم مساهم وحين اخذ منهم اللغوب وكل
الراكب والمركوب وسدلت عليهم (24) عنقاء الظلام
الجناح عدل بهم الي بعض البطاح وحط عنه واستراح ورسم
ان لا توقد نار ولا يطمع احد في طعم النوم بغرار ولا
يشام في (25) جفن طرف سيف ولا سيف طرف ثم التهموا
ما يسد الرمق فصلوا (26) صلاة الخوف وعبدوا الله علي
حرف

(21) Formula eſt *Corani. Sur.* LXXXVI: 3.

(22) Minus bene vulgo legitur وجاروا pro وجروا.

(23) Ludit in ambigua ſignificatione vocum, quibus Metaphora deducta a *tela*, *quæ pertexitur*, *citatum curſum* ſatis ſubtiliter adumbrat, nempe شقق, a شقة, complectitur ſimul *tractus viæ*, ſimul *telæ* ſive *panni longioris* notionem; اسدي vero *ſtamina texuit* jumentum, figurate valet, *cito inceſſit*; قطع denique, *amputavit telam*, frequentatur de *ipſo itinere faciendo*. Conf. geminum luſum p. m. 364. Tom. I.

repellere, & a tergo, qui eos propulsarent, immitteret. Tum processerunt, instar sagittæ, recta ad scopum tendentis, & volarunt, veluti *stella penetrans*, nec affulsit iis aurora, quin ex benefico sidere salus iis appareurit, & emensi fuerunt omnes pulverulentas lateque patentes solitudines, & citato cursu jumentorum suorum tractus varios, quasi *telas multicolores viridariorum*, veluti *super liciatorio eos incidentes*, pertransierunt, atque nocte, totaque die, simul iter suum continuarunt, sic ut iis vesperasceret, &, quando delassati erant, tam omnes, qui vehebantur, quam jumenta, & tenebræ, instar aquilæ, super eos expandebant alam, deflexit cum iis ad vallem aliquam, & secedens quietem captavit, injunxitque, ne ignis accenderetur, &, ne quis gustum somni levissimi expeteret, nec in *vaginam* conderetur acies gladii; tum cito deglutiverunt, quod vitæ leviter sustentandæ sufficeret, & peregerunt *precationem timoris*, & *coluerunt Deum lucri causa*, ac tantisper moram aliquam

(24) Nihil in stylo Arabum floridiore frequentius est, quam *tenebris*, *noctique alam* tribuere, atque, hinc ansa sumta, ulterius nunc progressus Noster inducit *Aquilam*, cujus quædam species a *longiori collo* العنقاء nomen habet.

(25) Eleganter iterum *ex ambiguo* ludit in voce جفن quæ *vaginam* notat *gladii*, & *cilium*, *oculi* quasi *vaginam*; tum etiam in repetita voce طرف *extremitas*, quæ primum de *gladio* adhibita ejus *aciem*, dein ipsum *oculum* designat.

(26) Confer geminam formulam, supra p. m. 452.

(٢٧) حرف وامهلوا ريثما قطعت الدواب العليق ثم امر (٢٨) فحملوا وركبوا متن الطريق ٭



ذكر تنبه خدايداد بان الله داد خلب عقله بانكال وانكاد ٭

ثم ان خدايداد تنبه من رقدته وارعوي من لبلته وعلم ان اللـه داد خلبه نهاره ذالك وسحره (٢٩) وكسف شمس عقله ولعب به في (٣٠) دست حلفه وقمره نعضه كما (٣١) يعض الظالم على يديه وعبي في الحال عسكرا جرارا وانفذه اليه فاسرعوا

(²⁷) Phrafis eft fignata: Deum colere على حرف *propter lucrum*, quæ, ex Corano depromta, fupra quoque fuit adhibita p. m. 390. n. 87. Tom. 1. fed *Kafia* poftulat جوف *planities terræ, venter* &c. fic خوف & جوف fibi refpondent pag. 606.

(²⁸) Leg. potius فتحملوا in v. fpecie, qua hæc *migrandi* notio folet exprimi.

(²⁹) Mendofe *Ed. Gol.* كشف pro كسف quod de ipfa *obfcuratione folis* præcipue frequentatur.

(³⁰) Proprie in *tabula luforia juramenti fui; tabula* nempe illa,,

quam fecerunt, donec foenum carpſerunt, mox jusſit [iter profequi,] &, ſublatis impedimentis, caſtra moverunt, *equitantes dorſum viæ.*



C A P U T LXI.

Evigilat Chodaidadus, quando intellectum ejus ſurripuit Allabdadus moleſtiis & afflictionibus.

Tum evigilavit *Chodaidadus* e ſomno ſuo, miſſamque fecit *noctem* ſuam, agnovitque, *Allabdadum* ſurripuiſſe iſtum ſuum *diem*, ſeque ab eo faſcinatum eſſe, eumque ſolem intellectus ſui eclipſi affeciſſe, & cum ipſo lusſiſſe in juramento ſuo, ipſumque viciſſe, tum *momordit*, veluti [die noviſſimo] *mordebit improbus manus ſuas*, & protinus numeroſum inſtruxit exercitum, quem in eum immiſit,

la, in qua luditur *latrunculis*, aliquando ab OO. appellatur دست, ſive دشت, proprie, *campus*, *planities*, uti videre eſt apud *Hydium* de *Ludis* OO. Lib. 1. p. 58.

(11) Phraſis eſt *Corani Sur.* xxv: 28. qua ſummum *deſperationis*, aut *ſeriæ poenitentiæ* gradum adumbrare ſolent. Conf. *Harir. Conſ.* 11. p. 107. & 108. Supra vero geminam formulam *mordendi digitos*, ſed *præ admiratione* & *ſtupore*, Noſter adhibuit, p. m. 362.

فاسرعوا وراه والتمسوا لقاءه فلم يروا له عينا ولا اثرا ولا رووا عنه مــن احد حديثا ولا خبرا فلم يزالوا في طلبه حايرين دايرين ثـم (²²) غلبوا هنالك وانقلبوا صاغرين ووصـل الله داد الي مقصده موجد وظيفة الوزارة شاغرة فاستولي عليها بمفرده اذ قبل دخوله كان شـيخ نور الدين قد خرج وشاه ملك وكل من رام العصيان كان قد دب ودرج فابتهج بقدومه خليل سلطان وقدمه كما كان علي ساير الوزراء والاركان فتمكن الله داد كيف شـاء (²³) ونصرف في معاني الملك ببديع بيانه اخبارا وانشاء وتعاطي في العمال تمهيد الامور وتجهيز السـرايا (²⁴) وحفظ الثغور فتراجع امر الناس وانضبط وانتظم عـقـد الملك بعد ما انفرط واستقر حال الناس وتـمـكـنـت الـقـواعـد عـلـي الاسـاس وكـان هـو وبـرندق وارغون شـاه واخـر يـدعـي عجوك يدبرون مصالح المملكة يسلكون بكل احد مسلكه ولكن الله داد هو الدستور (²⁵) الاعظم والمشار اليه المفخم وعليه مدار القبض والبسط

(²²) Formula eſt ex *Cor. Sur.* VII: 120, ubi de *Magis Aegyptiacis*, quos miracula *Moſis* in pudorem dederunt, adhibetur.

(²³) Mendoſe *Gol. Ed.* تصرف pro نصرف *pleno arbitrio uſus fuit*, ſed & cum في, *verſutus*, *dexter fuit* in aliqua re.


misit, summaque cum diligentia eum fuerunt insecuti, ejusque occursum quæsiverunt, sed nec ipsum, nec ejus vestigium viderunt, nec ullum nuntium de eo perceperunt, neque destiterunt in ipso quærendo huc illuc circumvagari; tum *isti victi sunt*, *& cum ignominia discesserunt*, pervenitque *Allabdadus* ad locum, quo tendebat, & invenit munus veziratus nondum occupatum, quod solus obtinuit, cum jam ante ejus adventum se subduxerat *Nureddinus*, & *Sjab Melik*, & omnes, qui rebellionem volebant, sensim jam abierant. Quo ejus adventu exhilaratus *Sultan Chalil*, & prætulit eum, quemadmodum fuerat, ceteris Veziriis & Proceribus. Tum *Allabdadus*, pro arbitrio agendi potestatem adeptus, cum dexteritate versatus est in causis regni pro eximia sua facundia exponendis, & componendis, seque protinus applicuit rebus bene dirigendis, & expediendis turmis, & custodiendis castris limitaneis. Ad se itaque rediit Respublica, & in statum firmiorem fuit redacta, & *nodus lineæ margaritarum Regni*, *postquam raptus fuerat*, *probe fuit consertus*, & stabilitus status hominum, & *columnæ* [consuetudines] super fundamenta firma ratione fuerunt constitutæ, atque ipse, & *Berendak*, & *Argunsjab*, aliusque, nomine *Caguk*, negotia Regni dirigebant, & unumquodque eorum ordinabant, verum tamen *Allabdadus* erat *Senator supremus*, *Consiliarius Magnificus*, *Centrum potestatis cogendi*, *& remittendi*, *linea veluti nodorum*

(14) Corrupte denuo *Gol. Ed.* وخطه pro وحطه.

(15) Imitatur in hisce titulis eos, quibus Vezirius supremus in aula Ottomannica ornari solet, uti videre est apud *Alb. Bobovium de Turcarum Liturgia* &c. p. 24.

والبسط ونظام عقود الحل والربط واستمر شيخ نور الدين
وخدايداد يغيران علي البلاد ويزيدان في الشرور والفساد
واستوليا علي اطراف تركستان وممالك تلك البلدان منها
سبرام وناشكند واندكان وخجند وشاه رخية
واترار (³⁸) وسغناق وغير ذلك مما في تلك
الاكناف والاوناق فكانوا يقطعون سيحون ويتوجهون
الي ممالك ما وراء النهر ويغيرون فتارة يتوجه اليهم
خليل سلطان وتارة يجهز لهم طوايف
من الجند والاعوان وعلي كل تقدير فانهما كانا لا
يثبتان ويتبهزمان وسياتي ذكر
ذلك كما كان .


ذكر




(³⁸) *Ed. Gol.* corrupte انزار *Anzar* pro اترار *Otrar*, quod Nomen eſt Urbis *Turkeſtaniæ;* ad quem lapidem ſæpius offendit, uti ſuo loco notavi. Levisſima punctorum diacriticorum transpoſitio in litera ت errorem hunc, ſatis gravem, peperit; legendum enim eſſe *Otrar*, vel ex addito سغناق *Saganak*, ſive

dorum, qua margaritæ continentur, *ſolvendi* & *ligandi* [ſive permittendi & vetandi]. Perſeverarunt autem *Sjeich Nureddinus* & *Chodaidadus* excurſiones facere in regiones, &, ad inſtar exundantis fluminis, effervefcere in maleficiis & graſſationibus, qui ambo potiti fuerunt finibus *Turkeſtaniæ*, &, regionibus iſtarum urbium, e quibus fuerunt *Siram*, *Nasjecend*, *Andechan*, *Chogenda*, *Sjaruchia*, *Otrar*, *Saganak* & plures aliæ, quæ in iſtis plagis & tractibus reperiuntur. Quando autem trajiciebant *Jaxartem*, & contendebant ad regiones *Transoxianæ*, Sultan *Chalil* nunc ipſe adverſus eos movebat, nunc copias militares adverſus eos expediebat, & quocumque in caſu, neque tamen ambo illi perſiſtebant, ſed in fugam fuerunt acti, cujus rei, quemadmodum geſta fuerit, mentio deinceps ſequetur.

CAPUT



ſive *Sagnak*, evidens fit, quippe quod itidem nomen urbis & regionis eſt *Turkeſtanæ*, urbi *Otrar* vicinæ, unde cum ea conjungitur p. m. 66. n. 55. Tom. 1. Conf. ſupra p. 486. ubi locus, quo *Timur* diem ſuum obiit, qui non alius fuit, quam urbs hæc *Otrar*, in *Ed. Gol.* eodem vitio dicitur *Anzar*.




ذكر ما وقع في توران بعد موته من حوادث الزمان ،

واما المغول فبانه لما اتصل بهم خبر وفاة ذلك (38) المخذول وكان بلغهم انه قد صوب احجار مكيدة الي هشم تلك الثغور وفوق نبال قصده الي خرقبه تلك البطون والنحور ولم يشكوا في ان ذلك (39) شرك مكيدة واحبولة مصيدة فلم يقر لهم قرار وتنادوا البرار الفرار (40) وتشتتوا في البلاد وتشبثوا باذيال القلاع ورؤس الاطواد ولجاوا الي الحصون والجروف وتماوتوا في (41) قعر المغارات والكهوف وكذلك كل ذي يمن من اهل الدشت والشمال وتوزعوا في الاحقاف والرمال

(37) *Touran* توران speciatim notat *Schythiam*, *Parthiamve* ultra *Oxum*, uti, quæ citra *Oxum*, *Iran*, ايران, appellatur.

(38) Pro المخدول malim scribere المخذول, quod hac notione *hominis vilis*, *a Deo & hominibus derelicti*, sive *nebulonis*, inprimis frequentatur.



CAPUT LXII.

De casibus Fortunæ, qui post ejus obitum in [39] Touran *acciderunt.*

Quod ad *Mogolos* attinet, quando ad eos pervenit nuntius obitus hominis istius vilis [Timuri] intellexerant, eum *dirigere lapides machinationis suæ* ad confringenda castra illa limitanea, & *aptare sagittas intentionis suæ ad perfodiendum ventres & jugula*, [interiores & exteriores partes Regiones,] neque dubitabant, rete id esse fraudis ejus, decipulamque venationis ejus; quum ergo nullum haberent quiescendi locum, fugam protinus capescendam esse, promulgarunt, dissipatique per regiones, *apprehenderunt lacinias arcium*, & vertices montium, & confugerunt ad castella & loca prærupta, seque mortuos finxerunt in imo fundo speluncarum & cavernarum; idem fecerunt omnes incolæ *Destæ*, tam Australes, quam Boreales, seque disperserunt per deserta areno-

(39) Conf. *Cl. Schult. ad Ispahan.* p. 7.

(40) Locum hunc laudatum v. a *Cl. Schult. de Defect.* p. 255.

(41) Mendose *Ed. Gol.* قعن pro قعر *fundus, imum alicujus rei.*

والرمال وصار اهل المشرق والخطا والي حدود الصين
ومن في ذلك الوجه يسرحون لو (42) يجدون ملجاء او
مغارات او مدخلا لولوا اليه وهم يجمعون والحق انه
كان في هيبته وعتوه قد عرج الي ان اهلك العالم شرقا
وغربا بالارج وصار كما قبل

تكاد (43) قسيه من غير رام تمكن في قلوبهم النبالا .
تكاد سيوفه من غير سل (44) تجذ الي رقابهم استلالا .
تكاد سوابق حملته تغني عن الاقدار (45) صونا وابتذالا .

فلما ترادف هذا الخبر
وتكرر (46) سمرقند هذا السكر واشتهر اسناده
حتي

(42) Utitur in rem fuam integro verficulo *Corani*, qui eft 59 *Sur*. IX.

(43) Sunt hi verfus *Abulolæ Mearrenfis* p. 230, & 232 *Ed. Gol.* & apud *Fabricium Spec. Arab*. p. 86. fqq.

(44) Minus bene vulgo legitur تجد pro تجذ a جذ *fecuit*, *amputavit*, quomodo in utraque Editione laudata recte legitur.

(45) Corrupte iterum in *Ed. Gol.* legitur صونا pro صونا v. loca laudata.

(46) سمرقند *Samarcand* nomen eft celeberrimæ urbis, quæ

arenosa, atque fecerunt populus Orientalis, & Chatæi, & usque ad fines regni *Sinensis*, & qui istic loci libere huc illuc pastum ibant, [quod est in *Corano*] *si forte invenerint asylum, aut speluncas, aut latibulum, certe istuc terga vertent, & cito confugient*, & profecto eo usque adscenderat terrore & excessu suo, ut perderet mundum, orientem & occidentem versus, *odore famæ suæ*, factumque est, uti dicitur:

Parum abest, quin arcus ejus sine sagittario defigant in illorum [hostium] *cordibus sagittas.*
Parum abest, quin enses illius citra eductionem amputent, ad cervices eorum surrependo
Parum abest, quin celeres [equi], *qui illum portant, carere possint regimine, quo consistant, & sese in cursum effundant.*

Quando autem alius nuntius [*mortis Timuri*] post alium successit, & suavissima hæc narratio sæpius fuit repetita, & celebrata ejus allegatio, sic ut provecta fuerat a fin-

quæ sedes Regni *Timuri* fuit, atque ita illud nunc quoque accepit *Vatt.* vertens: *tout cet appareil reprenant le chemin de Samercand*, quod ab ipso contextu longius abit, nec *Samarcandam* hic loci patitur syntaxis, nisi mendum subsit tollendum, si inserta præpositione من legas وتسكر من سمرقند &c. quando noster in voce السكر

حتي ترقي من الأحاد الي (٤٧) التوالتر وتقرر هذا العقد
عند كل احد فلم يسع فيه جحود ولا تناكر تراجع
فؤاد كل الي جوفه وتبدل امنا من بعد خوفه وتنادوا
بها للبشارات (٤٨) وشرعوا في شن الغارات وقص كل
مستحق استرجاع حقه وكل مسترق لمسترق
استعتاق رقه فاول من نهض من الشرق الموغول
وقصدوا اشباره واسي كول وامتدوا في تلك البلاد
حتي جاوزوا خدايداد فهادنهم وصافاهم وشرط لهم رد ما
اخذه تيمور من ماولهم ولن يكونوا يدا واحدة علي من
ناواهم واحسن كل منهم مع الاخر الجوار واطمانت
بواسطة هذا الصلح تلك الديار .

ذكر

السكر *Sukkar*, *Saccharum*, quacum قند *kand*, id est *mel concretum arundinis Sacchariferæ*, five nostratium *Saccharum Kandi*, folet conjungi, alludere videtur ad ultimam syllabam, vocis *Samarkand*.

(٤٧) Pro vulgato التواتر, quod ab hoc loco plane alienum est, legendum puto التوالي, quod notat *succesſionem unius poſt alte-*

a singulorum traditione ad continuam unius post alterum successionem, ac confirmata fuit hæc veritas apud singulos, sic ut in dubium vocari, & dissimulari amplius non posset, *cor omne rediit ad suam cavitatem*, & cepit securitatem *loco prioris sui timoris*, & promulgarunt: *heu impetum facite!* tum operam dederunt excursionibus undique faciendis, quæsivitque omnis, cui aliquid debebatur, debiti sui repetitionem, & omnis servus manumissionem suam a Domino. Primi vero, qui se moverunt ab Oriente, fuerunt *Mogoli*, qui invaserunt *Esbaram* & *Asikol*, seque per illas regiones eo usque extenderunt, ut fierent vicini *Chodaidadi*, qui pacem cum iis inivit, eosque placavit, & stipulatus iis est restitutionem mansionum eorum, quas *Timur* eripuerat, utque unita manu sese adversariis suis opponerent, & unusquisque eorum cum altero optimam coluit vicinitatem, & ope hujus pacis tranquillitatem fuerunt consecutæ istæ regiones.

CAPUT

alterum, adeoque nunc infert plurium testimonium, quo eadem *traditio* confirmetur; alludit nempe ad modum, *traditionis* alicujus certitudinem plurium auctoritate comprobandi.

(41) Reposui, quod habent *Codd.* sed omisit *Ed. Gol.* وشرعوا فـي شـن الغارات idque postulat *Kafia.* Geminam phrasin, يشن الغارة *undique immisit direptores*, habuimus supra p. m. 276. l. 5. ima Tom. 1.



ذكر نهوض ايدكو (٤٩) بالتتار وقصده ما وراء النهر وتملك الديار

ثم نهض مي جهة الشمال ايدكوا بعساكر كالرمال وتوجه (٥٠) بحزم وجزم الي ممالك خوارزم وكان نايبها يدعي موسيكا فلما احس بالتتار وخاف علي نفسه البوار فاخذ اهاه ومتعلقيه وسار وذلك بعد ان هجمت التتار الرومية المضافة الي ارغون شاه وعبروا جيحون وهو جمد ورجع ارغون شاه الي ماواه فوصل ايدكو الي خوارزم واستولي عليها واستطرد بخيله الي بخاري فنهب ما حوالبها ثم رجع الي خوارزم وقد ادركي في الجغتاي اللهيب وانكي وولي من جهته في خوارزم وولاياتها شخصا يدعي انكا فتمهدت ايضا تلك الاماكن واطمانت الظواعن والسواكن بواسطة لن خلبل

(⁴⁹) Minus bene *Gol. Ed.* التتار pro بالتتار aut, ut alii legunt, مع التتار.

(⁵⁰) Malim بحزم quæ ſtructura poſt verbum توجه Noſtro longe



CAPUT LXIII.


Surgit Aïdecou cum Tataris, & invadit Transoxianam, iſtasque regiones.

Tum ſurrexit *Aïdecou* a Septentrione cum copiis [numeroſis] inſtar arenarum, dataque opera iter fecit, decrevitque invadere provincias *Choäresmiæ*, quarum Gubernator appellabatur *Muſika*, qui, ſimul ac *Tataros* ſenſit, metuit ſibi perniciem, ac ſecum ſumtis domeſticis ſuis, & qui ad ipſum pertinebant, abiit, idque, poſtquam irruerunt *Tatari Rumæi*, qui ſequebantur *Argunſjabum*, & *Jaxartem* transierunt congelatum, rediitque *Argunſjab* ad manſionem ſuam, venitque *Aïdecou* in *Choäresmiam*, qua potitus eſt, & excurrere voluit cum equitatu ſuo usque ad *Bocharam*, cujus circumjacentem agrum diripuit, inde rediit ad *Choäresmiam*, jamque vehementius exarſit ignis [bellicus] inter *Sjagatæos*, læſitque. Ejus vero nomine *Choäresmiæ* cum ſuis ditionibus præërat aliquis, nomine *Anca;* æquabili tamen in ſtatu continebantur adhuc loca, &, tam palabundi, quam incolæ [omnes] tranquillitate fruebantur, eo quod, *Sultan*

longe eſt frequentisſima, recepta tamen lectio cum Linguæ norma quoque convenit.

خليل سلطان قابل كل
من اساء اليه بالاحسان وصار
يسترضي كل ساخط ويستدني
بمكارمه كل شاحط
ويصطاد النفوس بالنفايس
ويفترس الاسود بالعرايس
فاحبه الاجانب والاباعد
ورغبت (51) فيه كل صادر ووارد
غير ان شيخ نور الدين
وخدايداد تماديا في الفساد
ولجا في العناد وخرب (52) ما
تجودت بين الطرفين من
البلاد .


ذكر



(52) Legendum potius ورغب

tan Chalil omnes, qui male ipsi volebant, benevolentia excipiebat, placare satagens omnem iratum, & sua sibi generositate conjungere quoscumque a se alieniores, & *venabatur animos pretiosis muneribus*, *captabatque leones objecta esca.* Eum itaque charum habuerunt peregrini, & remotissimi, ejusque amore flagrarunt ad unum omnes, exceptis *Sjeicbo Nureddino*, & *Chodaidado*, qui perseverarunt in insolentia, & continuarunt rebellionem, vastantes regiones inter utrosque fines protensas.

CAPUT



(11) Præstat, ut leg. وحربا in duali numero, cum de duobus sermo sit.



ذكر بير محمد حفيد تيمور ووصيه
وما جري بينه وبين
خليله ووليه

ثم ان بير محمد ابن عم خليل سلطان وهو الذي (53)
عهد اليه تيمور كان بعد فوت اخيه محمد سلطان
خرج من قندهار وقصد سمرقند بعسكر جرار وارسل
الي خليل سلطان وساير الاكابر من الوزراء والاعيان
بانه هو ولي العهد وخليفة جده تيمور من بعده فالسرير
حقه فاني (54) يغصبه والملك ملكه فكيف يسلبه فكل
منهم جاوبه بما يليق بما خاطبه واما خليل سلطان (55)
فتصدي للمعارضة وقابل كل مسئلة من الخطاب بما
يناسبها من المعاكسة والمناقضة وقال
لا تخلوا

(53) Conf. fupra p. m. 518. *& Hift. de Tim. Bec.* Tom. IV. p. 241 fqq.

(54) Minus bene *Ed. Gol.* يغضبه pro يغصبه a غصب *violenter eripuit*, quod arguit proximum illud يسلبه, a سلب *extraxit*, *fpoliavit* &c.

(55) Amplisfimi ufus eft verbum صدا cognatum صدي, de



CAPUT LXIV.

De Bir Muhammede, Nepote Timuri, ejusque designato hærede, rebusque gestis inter ipsum, & inter Chalilum, ejusque tutorem.

Tum *Bir Muhammed*, filius patrui *Sultani Chalili*, quem *Timur* post obitum fratris ipsius, *Sultani Muhammedis*, succesforem designaverat, eduxit *Candaharo* versus *Samarcandum*. exercitum numerosum, scripsitque ad *Sultanum Chalilum*, omnesque præcipuos Vezirios & Consiliarios, *quoniam ipse erat designatus hæres, & succesfor avi sui Timuri, post ejus obitum, sibi jure solium deberi; undenam igitur illud sibi eriperetur, & Regnum suum esse Regnum, quomodo itaque eo foret spoliandus?* Tum omnes ex iis responsum congruens cum ejus sermone reddiderunt, *Sultan* verò *Chalil* obvertit se ad contradicendum, & excepit universam quæstionem contradictione, & refutatione, qua eam repelleret, dixitque: *non adeo quærendum*

(e)

de quo copiose egit *Cl. Schult.* ad Ham. p. 558. sq. In *quinta*, vero *specie*, quam hic habemus, speciatim notat *vultum alicui obvertere, aliquem excipere*, & idem valet ac تعرض; ut in isto *Cor.* LXXX: 6. فانت له تصدى, unde mox a Nostro permutatur cum verbo قابل.

لا تخلوا مسالتنا يا فلان من ان الملك في هذا الزمان
اما ان يكون (56) بالانتساب (57) اويظفر به بطريق
الاكتساب فان كانت الاولي فثم من هو احق به مني
ومنك واولى وذلك ابي اميرانشاه وعمي شاه رخ اعني
اخاه فيكون بينهما بالسوية نصفين فما لك كلام مع
وجود هذين وانا اولي ان اكون صاحبه فارعي جوانبه
واسلك مذاهبه اما ان يقطع كل منهما عن المشاغبة
ويترك لي ما له فيه من ولاية المطالبة ويقنع بما هو فيه
من مملكته ويحفظ جانبه واما بان يجعلني خليفته في
سلطانه فاصون نصيبه ونايبه وان كانت (58) الثانية
فكلامك لا يستقيم لان الملك كما زعموا (59) عقيم ومن
قبلي وقبلك قيل في الاقاويل

صونوا جيادكم (60) واجلوا سلاحكم وشمروا انها
ايام من غلبا.

وان زعمت ان جدك عهد اليك
ان

(56) Gemina ratione ſupra p. m. 224. opponi videas الاكتساب & الانتساب.

(57) Sic recte *MS.* pro وتظفر in *Ed. Gol.*

(58) Mendoſe *Ed. Gol.* الثاينة pro الثانية *alterum*, *poſterius*, præceſſit enim ſupra فان كانت الاولي.

dum inter nos est, o Tu, quisquis sis, de Regno hoc tempore? sed utrum obtineatur jure hæreditario, an jure occupationis? si prius; tunc utique sunt, quibus illud potiori jure debeatur, quam mihi, Tibique, videlicet, pater meus, Amiran Sjah, patruusque meus, Sjahrub, quippe frater ejus, atque tunc utriusque partes erunt æquales, & Tu nihil iis dicendum habebis. Ego vero nobilior sum, quam ut ei comes essem, & servarem ejus latera, ejusque pedissequum agerem. Contra, si uterque abstineat a concertatione, mihi sane relinquet portionem suam præfecturæ, quæ prætenditur, & contentus erit parte suæ provinciæ, suumque latus custodiet, quod si vero me constituat Vicarium suum in Imperio, portionem sortemque ejus custodiam; sin posterius locum obtineat; nihil valebit sermo Tuus, quandoquidem Regnum, uti dicitur, liberis caret, & jam ante meam, tuamque ætatem in Adagiis dictum fuit:

> *Expedite nobilissimos vestros equos, & polite arma vestra, & substringite lacinias, hinc enim pendet victoria.*

Prætendis quidem, Avum Tuum Te designasse successorem, Teque

(**) Eandem formulam habes supra p. m. 528. T. I.

(**) Solent Arabum Poëtæ *arma*, & speciatim *gladios a nitore* commendare, & inducere detersa ante *prælium.* vid. *Ham.* p. 336. Quæ imago nec in Sacris Literis est infrequens. Conf. *Jes.* XXI: 5. *ungite clypeum*, id est: *ad pugnam vos parate*, *Jer.* L: 11. XLVI: 4. *tergite spicula* &c.

ان عول فـــي وصيته لك وعليك فهو من اين استولي الا
بطريق التغلب واني حصل لك ملك وملك الا بالاغتصاب
والتالب وعلي تقدير التسليم وان امـر وصيته مستقيم فانه
كان في حيوته قسم بلاده ووزع عليها اولاده واحفاده
فولي والدي ممالك اذربيجان وقرر عمي فـــي ولايات
خراسان وابن عمي بير عمر في عراق العجم وتلك الديار
وولاك (٤١) انـت مـن جملة ذلك قندهار وجعلك وصيه
كما رسم واشار وتحمل هـو المظالم وانتقل فاين نصيبي
انـــا مـــن هذا (٥٥) النقل فاجعلوا حصتي مـن ذلك ما
استوليت عليـه وليقنع كل منكم بما تقرر فيه ونوض
اليـه ومع هـذا ان تابعك ابي وعمي تابعتك او صادقاك
علـي الوصية وبايعاك بايعتك وان سلكنا فـــي ذلك
طريق الحق فالملك صيد والاولي بـه مـن حاز فيه قصب
السبـق وان الله ازاح علله (٤١) ان شيثني باسبابه واباحه
لـــي مباحـا ومـــن سبقت يده الـــي مبـاح فـهـو
اولي

(41) Conf. hoc de pleonasmo pronominis انت *Cl. Schult. Anim.* p. 29, ubi exemplum ex ipsa hac pagina laudavit, cui præsens hoc addi meretur.

Teque in testamento suo proximum hæredem constituisse, at, ipse quomodo imperium obtinuit, nisi via victoriæ, & undenam ad Te redierint complura Regna, nisi violentiori collectione? quin, si vel detur, negotium testamenti ejus recte sese habere, sane, quando adhuc in vivis erat, diviserat suas regiones, easque distribuerat inter filios & nepotes suos; præfecit autem Patrem meum ditionibus Aderbigjanæ, & Patruo meo possidendas dedit Præfecturas Chorasanæ, & Filio Patrui mei, Bir Omar, Irakam Persicam, istasque regiones, & ex earum numero Te Candabaro præfecit, Teque constituit suum curatorem, juxta expressam suam voluntatem, & ipse ferre debuit onus iniquitatum, diemque suum obiit; ubinam vero est portio mea ex hoc munere? Constituite igitur meam portionem ex eo, quod obtinui, & unusquisque eorum contentus sit eâ parte, in cujus possessione stabilitus est, & quæ ipsi est attributa. Nihilosecius, si Tibi obsequantur Pater meus & Patruus meus, ego quoque Tibi obsequar, aut, si ambo Tecum transigant de testamento, Teque pro Imperatore agnoscant, ego quoque Te agnoscam; si vero hac in re viam veritatis sequamur, utique Regnum venatio est, in qua optimus est, qui prævertendo prædam præripit. At Deus removit ejus prætextus, dum me firmis præsidiis ejus possidendi instruxit, mihique illud concessit, tanquam rem communis juris; res autem nullius cedit primum occupanti; certe Doctores jurisprudentiæ

(**) Pro النقل legendum puto النفل, quod inter alia notat *munus, donum*, idque in versione recepi.

(**) Malim أن pro ان.

اولي به هذا وان كان كلا من مدرسي فقه الملك
فتابعني ومن له بي عقود السلطنة (64) شركة ترك المضاربة
وطاوعني وعد عقد تولبتي مرابحة ولما وقف علي سبري
القي الي السلم وبايعني واما الوزراء والاعيان فاجابوه بما
لا طايل فيه سوي ما تمجه اذن مستمعيه غير ان الخواجا
عبد الاول وهو صدر صدور العلماء والمتصرف في
رؤساء ما وراء النهر من السادات والكبراء المنفذ سهام
احكامه في جميع الامراء والزعماء اجاب فاجاد واصاب
وافاد واختصر واقتصر وهو من بير محمد والخليل
سلطان انتصر فقال في جوابه مجاريه في خطابه
نعم انت ولي العهد وخليفة الامير تيمور من بعد ولكن
ما صادف طالعك سعد ولو ساعدك البخت كنت
قريبا من (65) التخت والاولي بحالك ان تقنع بما لك
وسالك وتبقي علي خيلك ورجالك وتضبط ما في
يدك من ممالك وان ابيت الا طلب النما ولم تقنع بما
قسم

(64) Regnat in his *Figura ex ambiguo*, vocibus petitis a *mercatura*; veluti شركة, المضاربة, مرابحة, quin ipsa voce سلم, quæ notat tum *anticipatam pretii solutionem*, tum *solemnem salutationem*, qua quis se novo Imperatori submittit. Conf geminum exemplum infra in fronte Cap. LXXV. quæ phrasis القا

prudentiæ Regiæ meas partes sequuntur, &, *qui in monilibus Imperii* [quasi distrahendis] *consortes fuerunt*, *relicta contentione*, *mihi morem gerunt*, *pactumque præfecturæ meæ in lucro ponunt*, &, *postquam meos mores cognoverunt*, *mihi semet submiserunt*, *meque Imperatorem agnoverunt*. Quod vero ad Vezirios, & Consiliarios, responderunt ei aliquid, in quo nihil boni, quin, quod aures audientium respuerent, præter Dominum *Abdalaual*, qui primas tenebat inter Doctores, & in potestate sua habebat præcipuos Antistites & Magnates *Transoxianæ*, cujus sententiæ, veluti sagitta, penetrabant per omnes Duces, & Dynastas. Hic autem bono responso suo recta scopum feriit, & salubri, brevi, ac compendioso sermone usus repudiavit *Bir Muhammedem*, & *Sultano Chalilo* sese addixit, dixitque in responso suo, quod conveniebat cum ejus sermone. *Utique Tu es legitimus hæres*, & *successor Principis Timuri*, *sed fortuna Tibi non favet*, *quod si enim faveret*, *fores prope sedem Regiam*. *Tuo vero in statu optimum est*, *ut contentus sis eo*, *quod possides*, *Tuisque facultatibus*, & *parcas equitatui* & *peditatui Tuo*, & *partem Regni*, *quam tenes*, *tuearis*; *sin unice incrementum capere quæras*, *nec contentus sis sorte*, *quam Deus Tibi*

سلم القا *obtulit pacem*, *salutavit*, plus semel recurrit in *Corano* vid. *Sur.* IV: 89, 90.

(65) Minus bene *Ed. Gol.* التحت pro التخت *sedes Regia*, *Metropolis*, *Samarcandam* puta, a qua dum longius aberat *Bir Muhammed*, æmulus ejus *Chalilus* Regni præripiendi occasionem nactus fuerat.

قسم الله لك وقضي (66) وخرجت من مملكتك الي هذا الفضاء وانك تقع في العنا وتخرج ولا ينتك من يدك فتصبر (67) مذبذبا لا الي هولاء ولا الي هولاء .



ذكر تجهيز خليل سلطان بن حسين لمناصرته وخروجه عن خليل سلطان وقبضه علي امرايه ومخالفته ،

ثم ان خليل سلطان لم يقنع بدقايق هذه الاقوال واردفها بحقايق الافعال وامر بتجهيز جند مجند الي استقبال بير محمد واضافهم الي ابن عمة والده السلطان حسين وعين فيهم من امراء (68) الجغتاي كل راس وعين وضم اليه

(66) Mendose *Ed. Gol.* وخرجت pro خرج a وخرجت *exiit*, speciatim *animo hostili*.

(67) Ita omnino legendum pro vulgato مديدبا.

bi attribuit, & adsignavit, atque ex provincia Tua in hunc campum prodeas, profecto incides in molestiam, & amittes præfecturam, quam nunc tenes, atque fluctuabis, nec ad hos, nec ad illos [perveniens, sive neutrum obtinebis.]



CAPUT LXV.

Mittit Sultan Chalil Sultanum Ben Hussein ad opem sibi ferendam, qui a Sultano Chalilo deficit, & manum Ducibus injicit, seque ipsi opponit.

Tum *Sultan Chalil* non contentus subtilitatibus harum sententiarum, pone eas mox misit *veritates factorum*, jussitque expedire exercitum collectum, ad excipiendum *Bir Muhammedem*, quibus præfecit Filium Amitæ Patris sui *Sultanum Husseinum*, addiditque ex Ducibus *Zjagatæis* præstantissimum quemque [*omne caput & oculum*,] simul cum adjutoribus [*dorsis & brachiis*

(^{a}) Mendose *Ed. Gol.* الجـغـتـانـي pro الجغتاي quemadmodum nomen hoc, quod sæpe in hac Historia recurrit, scribi solet.

اليه الظهور والاعضاد ومنهم كجوك وارغون شاه والله دال
فساروا سابغي العدة (٦٩) كاملي العدة وذلك في سنة سبع
منتصف ذي القعدة فعبروا جيحون الي بلخ وخيموا في
ضواحيها وانبثوا في اقطارها ونواحيها وبيناهم مرفهوا
الحال فارغوا البال قريروا العين تمارض السلطان حسين
ثم انه دعا الامراء (٧٠) ليقرر معهم فيما هو بصدده الاراء
وقد كمن لهم كمينا وارصد لهم الرجال شمالا ويمينا
وحين ولجوا خيسه ودخلوا كيسه وثب عليهم وثوب الليث
علي الفريسة واغري بهم اسوده فوقعوا فيهم وقوع الجياع
علي الهريسة ثم نادي من معه من الرفاق ضرب الرقاب
حتي (٧١) اذا اثخنتموهم فشدوا الوثاق وكان كما
ذكر ذا (٧٢) طيش وشجاعة وتهور ورقاعة وصولة
وجولة يسبق فعله قوله فاهريق في تلك الساعة
دم واحد من اوليك الجماعة يدعي خواجه
يوسف وكان في حبوة تيمور نايب الغيبة بسمرقند
وهو امير مشهور في المجال قتل والي الدار
الاخرة

(٦٩) Minus bene *Gol. Ed.* الكاملي; Articulum enim non patitur *ſtatus*, quem vocant, *regiminis*.

(٧٠) Ita *MS. Gol.* pro edito لينقرر.

chiis] e quibus fuerunt *Cachjouk*, & *Argunſjah*, & *Allabdadus*. Profectique ſunt magno numero, armisque perfecte inſtructi, idque anno ſeptimo, medio menſe *Dulcada*, & transierunt *Jaxartem* ad *Balchum*, in cujus campis caſtra fixerunt, ſeque per ejus plagas & tractus disperſerunt, dumque molliter vivebant, curis vacui, hilares, ægrotum ſe ſimulavit *Sultan Huſſein*, tum ad ſe vocavit Duces, ut deliberaret cum iis, de quo vellet conſulere, quibus inſidias prius poſuit, collocatis ad eorum ſiniſtram, & dextram militibus, & quando ingreſſi fuerunt *luſtrum* ejus, & in *ſaccum* ejus intrarunt, impetum fecit in eos, veluti *Leo in prædam*, & incitavit in eos leones ſuos, qui in eos irruerunt, *veluti famelici in pulmentaria*; tum proclamavit aliquis ex comitibus ejus: *percute colla, donec magnam eorum ſtragem edideritis, tum* [*reliquos*] *in vincula conjicite*; erat autem, quemadmodum ſupra dictum eſt, vir agilis [in pugnam] animoſus, audax, alacris, impetuoſus, & ferox; cujus factum dictum ipſius prævertebat, atque protinus effuſus eſt ſanguis unius ex iſto conſeſſu, qui vocabatur *Dominus Joſeph*, &, vivente adhuc *Timuro*, Prorex per [ejus] abſentiam fuerat *Samarcandæ*, & Dux inclytus, protinus tamen occiſus fuit, & *ad alteram vitam trans-*

(71) Verba ſunt *Corani Sur.* XLVII: 4. Conf. pro hoc uſu verbi اثخن etiam *Sur.* VIII: 70.

(72) Conf. quæ de his vocibus obſervavit *Cl. Schult. Anim.* p. 38.

الاخرة دقل ثم (73) استنقل
لنفسه بدعوي السلطنة ودعا
الخلايق من ههنا ومن هنه
فدهشت اولبك الروس وعلموا
انه قد حل بهم النقم
والبوس .



ذكر خداع الله داد سلطان حسين (74) وتلافيه
تلافه بالمكر والمين ،

غبر ان الله داد ثبت جاشه
للزود واستحضر تلك الساعة عقله المفقود
فابتدر سلطان حسين منايا واستثبته في امرهم
مناجيا وقال له بعبارة فصيحة ان لي اليك نصيحة ثم
استخلاه

(73) Videtur omnino legendum استقل, quod etiam conjecit *Cl. Schult. in N. Crit.* atque persuadet locus geminus sub initium Capitis LXXVI. Dubitem quoque, num quidem لنفسه suo loco sit collocatum, atque adeo transponendum post proximum ودعا, cui solet subjungi; est enim recepta phrasis دعا.

translatus. Tum altius ipſe ſemet extulit, arrogato ſibi *Sultanatu*, & (ad ſe agnoſcendum Imperatorem) hinc inde homines vocavit. Quo facto attoniti iſti Duces agnoverunt, in ſe certo deſcendiſſe poenam, & adflictionem.



CAPUT LXVI.

Circumvenit Allabdadus Sultanum Huſſeinum, dolo atque fallacia pro remedio ſui exitii uſus.

Verumtamen *Allabdadus*, firmato animo ſuo, quaſi pera commeatu (prudentiæ) inſtructa, & protinus revocato deſiderato ſuo judicio, accurrit alta voce ad Sultanum *Huſſeinum*, & clanculum de eorum negotio cum ipſo deliberavit, dixitque ei aperte: *habeo ſincerum monitum Tecum communicandum*, tum in locum ſolum

دعا لنفسه *arrogavit ſibi* aliquid, ſpec. *Imperium.*

(74) Geminam phraſin, qua تلاقي conjungitur cum بلاف ſive potius, quod malim وإلا لاف, habes ſupra p. m. 316. lin. 7. Tom. I.

استخلاه وقال انا كنت متزكنا (75) منك هذه
الفعال ومترصدا منك اظهار ما انت بصدده ومن اين
لخليل سلطان ان يحتوي علي الملك بمفرده غير ان هيبة
مولانا السلطان باسطة ولم يكن بينه وبين (76) المملوك
واسطة مباسطة ولو كان عندي من ذلك ادني شعور
لرتبت المصالح علي ما تقتضيه الاوامر الكريمة والامور
ثم ان الخاطر الكريم يشهد بصدق هذا الحديث (77)
واني عبدك من قديم وسل من كان من المماليك
والاجناد الذين كانوا محصورين في اسر خدايداد من
خلصهم من حبايل اسره (78) وانقذهم من ضرام ضره
واطفاء عنهم ما التهب من شرار شره اذ لو لا انا لكان
ابادهم وايتم اولادهم وفجع بهم طريفهم وتلادهم فانك ان
تسألهم يخبروك وعلي حقيقة الامر وجلية الحال يظهروك
وربما لخبروك بذلك لما اتوك ومع هذا
استبقت (79) قلبك وان اتوك وانتوك ولا زال
يطفي

(75) Minus bene vulgo legitur متزكنا pro متركنا a تركن *divinavit aliquid ex certis notis*, speciatim ex alicujus *Physiognomia*.

(76) Sic apposite *Cl. Schult.* in *N. Crit.* emendavit الملوك;

se

lum cum eo ſeceſſit, dixitque: *ego divinaveram de Te hoc opus, & exſpectaveram de Te manifeſtationem Tui conſilii. Undenam vero Chalilo Sultano, quod ſibi ſoli univerſum Regnum vindicet? verum tamen Majeſtas Domini Noſtri Sultani eſt ampliſſima, nec intercedit inter eum & ſervum medium liberioris converſationis, ſin habuiſſem ea de re vel leviſſimum indicium, diſpoſuiſſem negotia ea ratione, quam exigerent mandata nobilia, & ſtatus; quin animus* [Tuus] *Nobilis teſtimonium perhibebit veritati hujus narrationis, & profecto ſervus Tuus ſum ab antiquo; & quære ex mancipiis & militibus, quos Chodaidadus captivos tenuit, quisnam eos liberaverit ex retibus captivitatis ejus, eosque eripuerit a gladio læſionis ejus, reſtinxeritque de iis, quod accenſum erat de ſcintillis malitiæ ejus? niſi ego adfuiſſem, perdidiſſet eos, & orphanos feciſſet eorum liberos, eosque omnibus ſuis facultatibus multaſſet. Profecto, ſi eos interroges, certiorem Te facient, & ſecundum rei veritatem, ac perſpicue id Tibi exponent, & forſan Tibi id ſignificarunt, quando ad Te venerunt, & ſimul conſule cor Tuum, & ſi Te illi docent, ac inſtruunt, certa Te docebunt.* Neque

ſe ipſum nempe *Allabdadus* ex more OO. *ſervum*, المملوك, reverentiæ cauſa appellat.

(77) Ita *MS.* rectius pro وآنا in *Ed. Gol.*

(78) Minus bene *Gol. Ed.* وانقدهم pro وانقذهم a نقذ *liberavit, eripuit*, quo uſu convenit cum præcedente خلص, Hebr. חלץ *extraxit*, hinc *liberavit* &c.

(79) Mendoſe *Ed. Gol.* اشتفت pro استفت *Imperat.* x. *Conjug.* verbi فتا, cujus *quarta* ſpecies mox ſubjicitur, ad eum modum, qui ſæpius obſervatur in *Corano*. Vid. *Sur.* IV: 126, & 175.

يطوي بماء خرعبلاته شواط تغرمنه ولهيبه
ويذكي وي خباشيم رعونته
عنبر احتباله متمسكا (٥٠) بمسكه وطيبه ويرمي عن
قوس ختله الي سويداء خبالاته نبال مكر انفذت فيه
نصال القضاء والقدر لانها كانت مصيبة فاشرب مكره
وتبع امره وجعله ظهره واستقدح في اموره فكره ثم انه
بعد ان امتن عليه باستبقايه استشاره في قتل رقايه فقال
له لا شك ان خليل سلطان ملك الناس بالانعام والاحسان
وهو وان كان في الشجاعة قاصر اليد قليل
البضاعة لكن استعبد ابطال
الرجال بحسن الخلق وبذل الاموال غير ان
المال بمعرض الفناء والزوال وانت بحمد الله (٥١)
ماثرك مشهورة ومنازل منازلاتك (٥٢) لابطال
معمورة ورايات كسرك قرون
الاقران علي جبين الكباش منشورة وروس مناطحاتك
قبران الوغي علي قرون الزمان ابدا
منصورة قلت

فكم

(٥٠) Corrupte *Ed. Gol.* بمسكة وطيبة quod neque contextus, neque etiam Rhytmus patitur.

que desiit *aqua ludicrorum suorum sermonum exstinguere ignem ferociæ ejus, quasi alterius Pharaönis, flammamque ejus, & in naribus amentiæ ejus incendere ambarum fraudis suæ, imbutum odore moschi sui, ejusque fragrantia, atque ex arcu deceptionis suæ emittere in intimam ejus imaginationem sagittas doli sui, quo penetrabant cuspides Decreti & Providentiæ, eo quod scopum feriebant.* Imbibit itaque ejus fraudem, ejusque sententiam secutus constituit eum suum adjutorem, & in rebus suis ex ipsius sagacitate consilium, [*quasi ignem ex fomite*] elicere gestivit; tum, postquam eum demeritus fuit ipsi parcendo, consuluit eum de cæde sociorum ejus, ac dixit ei [*Allabdadus:*] *dubitari nequit, quin Sultan Chalil homines in potestate sua habeat clementia & liberalitate, quippe qui, etsi strenuitate parum valeat* [&] *parum lucretur, strenuiores tamen homines sibi mancipat bonitate indolis, & opum profusione, at opes facile evanescunt & deficiunt, præclaræ vero Tuæ dotes omnium ore celebrantur, & hospitia Tua bellica fortissimis bellatoribus frequentantur, & vexilla, quibus frangis cornua æmulorum, super fronte Arietum* [Ducum] *sunt explicita, & capita, quibus arietas tauros bellicos, per omne tempus victoriis sunt inclyta.* Dixi:

Quot

(11) Conf. geminas phrases supra p. 202. T. 1.

(12) *MS. Gol.* legit الابطال.

فكم لززت شجاعا في البراز فمذ راي
معباك ولى (13) ظارطا وجري .

مذ كنت راسا وعبنا في الحروب اري في راسك (14)
الفتح بل في عبنك الظفرة ولنا اعلم ان عامة الجند
سبتهج بطلعتك ويرقص فواده لحصول سكونه فرحا
بحركتك فانه لا بد من راس يسوسهم وضابط همام يصان
بتدبيره نفايسهم ونفوسهم وقرم (15) كالليث العادي
والسيل الهامر بل كالبحر الغامر منصور لن دعا
وان دعي فناصر موصوف بما قال الشاعر

اضاف (16) الي التدبير فضل سجاعة
ولا عزم الا للشجاع المدبر .

وبما

(13) Vox nihili eſt vulgatum ظارطا, corruptum, ut ſuſpicor, ex ظاهرا *aperte, publice*, ut ſenſus ſit, *in certam fugam ſeſe conjecerunt.*

(14) Ambiguum eſt in الفتح, quod *aperturam*, aut *vulnus* in *capite* poteſt denotare, ſed de ipſa *victoria* præcipue frequentatur; dein in الظفرة, *ungula*, quam *oculo* tribuit, quo nimirum nomine Arabes afficiunt *vitium oculi*, ſive *pterygium*, ſed

ſimul

Quot bellicosos arctasti in campo prælii! qui, simul ac vident faciem tuam, tergum vertunt, & aufugiunt.

Ab eo certe tempore, quo Dux fuisti [caput & oculus] *in præliis, vidi in capite Tuo victoriam, imo in oculo Tuo ungulam. Ego pro certo quidem habeo, milites in universum voluptatem capturos ex adspectu Tuo, & cor eorum exsultaturum, propter comparatam sibi quietem, præ gaudio ex motu Tuo; namque indigent Duce, qui regat eos, & Præfecto magnanimo, qui sua administratione custodiat opes & vitas eorum, & Domino, instar leonis robusti, & exundantis fluvii, imo vero maris verticosi, victoriis inclyto, sive provocet, sive provocetur, & Protectore, qualem celebravit Poëta hoc* versu:

Cum arte regnandi conjungit virtutem bellicam,
Nec cupit præesse, nisi strenuis.

Item

simul hic videtur obtinere *victoriæ* usus, qui regnat sub radice ظفر *ungues in prædam immisit*, hinc *victor* & *voti compos* fuit &c,

([25]) قرم proprie est *camelus admissarius, eximius, nullo fune tactus*, unde per Metaphoram ad *Principem gentis* denotandum transiit. Vid. quæ copiose de hac voce disputavit *Cl. Schult. ad Ham.* p. 593. sqq.

([26]) Versus est ex *Hamasa* ineditus Poëtæ, cui nomen جعفر بن علبة الحارثي cujus bina carmina edidit *Cl. Schult.* in *Ham.* p. 332 & 340.

وبما قال

لا يكشف الغماء الا ابن حرة
يري غمرات الموت ثم يزورها .

وهل ثم في هذا العصر موصوف بهذه الصفات الا انت وما
النجدة والكرم والحسب الا راحل حيثما رحلت
وساكن اينما سكنت ولوحدث شاه ملك وشيخ نور
الدين ان وراءهما منك الحصن الحصين لاسند اليك رواية
السند السديد ولاويا من جنابك العالي الى ركن شديد
وحاصل الامر انك مولي الكل وجميعهم لك عبيد واذا
كان الامر كذلك فقد ملكتهم فسواء عندك ابقيت عليهم
لو ابدتهم ولكن الابقاء اولي ولا زالت العبيد تترقب
مراحم المولي فان اقتضي الراي السعيد ان نكون كلنا
موثقين في الحديد مع زيادة قيد ايمان اكيد فرايه
اعلي (87) واتباع ما يقتضيه احري واولي (88) فاقتفي
رايه واتخذه علما لاموره (89) ورايه فاستتبعه لحينه وقال
اسلك وراه .

ذكر

(87) Mendóſe *Ed. Gol.* وابتاع, pro واتباع *ſequi*, quæ formula ſæpius in hac Hiſtoria uſu venit, &, reverentiæ ergo, conſiliis, Principi alicui datis, ſolet ſubjici.

Item hocce:

Non discutit mærores, nisi generosior,
Qui videt vortices mortis, & mox in illos insilit.

Num autem alicubi hoc tempore reperitur his dotibus insignis, præter Te? nec ullus est animosior, & generosior, & nobilior, quin comitem se præbeat, quocumque loci iveris, & subsistat, ubicumque substiteris, & si narratum fuisset Sjabmeliko & Nureddino, a tergo suo gratiam Tuam esse arcem inexpugnabilem, Tua auctoritate confirmassem rectum illum sermonem, & certo reciperent se ad firmam columnam celsissimæ Tuæ aulæ. Paucis; utique Tu omnium Dominus es, omnesque Tui sunt servi, quod cum ita sit, eosque in potestate Tua habeas, perinde quidem Tibi fuerit, eos servare, aut perdere, verumtamen parcere optimum est, nec desinent servi sperare misericordias Domini, &, si consilium augustum exigat, ut catenis ferreis nos omnes constringamur, addito vinculo firmissimi jurisjurandi, consilium ejus suprema lex est, & obsequi decreto ejus potissimum & optimum. Secutusque est ejus consilium, & adoptavit eum pro signo & vexillo in rebus suis gerendis, petiitque, ut extemplo ipsum sequeretur, dixitque: *sequar ipsum.*

(88) Corrupte iterum *Ed. Gol.* فاقتضي pro فاقتفي, *vestigia alicujus pressit, elegit alicujus sententiam* &c. vide supra p. m. 562.

(89) *Cod. Picq.* وراية; & certe *vexilli* notionem unice nunc attendendam esse apparet ex addito synonymo علم, & ipsius *Metaphoræ* ratione.



ذكر اخذ سلطان حسين على الامراء
الميثاق ومشيه على خليل سلطان
وهم معه في الايثاق ،

ثم انه احضر الامراء وهم في قبضة سطوته اسري وقد ناوح كل من متعلقيهم مهب ناحية وتوجه الي دار كل المخبرون فقامت عليهم النايحة والناعية واوثقهم بتلبيدي الحديد والايمان (٥٠) ان يكونوا معه في السراء والضراء علي خليل سلطان فمد كل منهم الي القيد رجله والي اليمين يده وعاهده علي ما يختار ولن يقدم له نفسه واهله وماله وولده فحين استوثق منهم اراح (٥١) بالاماني السوء عنهم وتركهم موثقين في البند ونكص قاصدا سمرقند وارسل الي خليل سلطان يخبره بما دبه

(50) Recte *MS.* hoc loco habet ان, omiſſum in *Ed. Gol.*

(51) Legendum procul dubio ازاح, quod cum من, vel عن conſtructum, notat, *avertit*, *removit aliquid ab* aliquo, eadem



C A P U T LXVII.

Pactum init Sultan Huſſein cum Ducibus, qui apud eum in vinculis detinebantur, & movet adverſus Sultanum Chalilum.

Tum adduci juſſit Duces, qui in manu potentiæ ejus captivi erant, jamque lamentatio omnium ex eorum propinquis regionem pervaſit, & venerunt ad omnem domum nuntii, & deflebantur ritu mortuorum, conſtrinxitque eos compedibus ferreis, & jurisjurandi, *ut ſecum forent in proſperis & adverſis adverſus Sultanum Chalilum*, atque extendit unusquisque eorum pedem ſuum ad compedem, & manum ſuam ad jusjurandum, promiſitque, quicquid vellet, ſeque oblaturum ipſi eſſe vitam ſuam, & domeſticos ſuos & opes, & liberos ſuos; ſecurus itaque de iis redditus avertit ab iis, data ſecuritatis fide, malum, detinuit tamen eos in vinculis, rediitque verſus *Samarcandam*, & miſit ad *Sultanum Chalilum*, qui ipſi nuntiaret negotii

eadem ratione ſupra p. m. 512. habes فرج عنه غصته *liberavit eum a ſua* anxietate.

دب من امره ودرج فليستعد لمبارزته
فها هو قد عبر جيحون وخرج وانه هو
ايضا طالب من ملك خاله حصته ومنازع خليل سلطان
في السرير (٩٢) منصته .



تبريز خليل سلطان من سمرقند لملاقاة سلطان حسين
بطوايف جنده ورجوع سلطان حسين مما
يسر ومه (٩٣) بخفي حنين ،

فاستعد له خليل سلطان وخرج من سمرقند
لاستقباله في اسرع زمان ثم ان السلطان حسين احضر الله
داد ومن معه من الشياطين (٩٤) المقرنين
في الاصفاد واستانف عليهم العهود
واكن

(92) منصة idem eſt, ac حجلة *thalamus genialis*, ſed cum *kesra* ſub litera م, eſt ipſa *ſedes elatior*, & *maxime ornata*, *in qua conſidet & exhibetur ſponſa*. Comparet autem *Regnum* eum *ſponſa*, unde ſe طالب, quaſi *procum* & *rivalem* dicas, appellat,

(93) Proverbium eſt, *rediit cum ocreis Honeini*, de eo, qui *magnis*

negotii sui exitum, utque se ad pugnandum cum ipso expediret, cum jam trajecerit *Jaxartem*, & prodiret, seque quærere adhuc portionem suam de regno avunculi sui, & concurrere cum *Sultano Chalilo* in petendo solio *sedis* elatioris.



CAPUT LXVIII.

Copias suas Samarcanda educit Sultan Chalil ad obviam eundum Sultano Husseino, qui spe sua excidit.

Sultan autem *Chalil*, instructo adversus eum exercitu, *Samarcanda* exiit, ut semet ipsi quam celerrime opponeret, tum *Sultan Chalil* arcessivit *Allahdadum*, & socios ejus ex Satanis *compedibus vinctis*, ac renovavit cum iis pacta, firmiusque super iis adstrinxit *nodos fœderis* [quasi monilium,] & unoquoque eorum in loco suo collo-

magnis excidit ausis, sive, de eo, qui *pro lucro, quod appetebat, contumeliam aut damnum reportat.* Exstat inter *Adagia Arabica* a Cl. *Golio* edita p. 87. n. XLVI.

(94) Phrasis est *Corani*, vid. *Sur.* XXXVIII: 40.

واكن عليهم قيود العقود واحل كلا منهم محله واجاز
عقده وحله وخلع عليه واجازه واحترم حرم (95) حقيقته
ومجازه وبش بانعامه الي متعلقيهم وهش وسار بهم حتي
وصل الي مدينة الكش (96) والله دان كان قبل ذلك (97)
برمان ارسل الي خليل سلطان يخبره بوقوع هذا الهم وما
جري عليهم من شرور (98) وما تم ثم قال له ان مالك
سعيد وامرك حميد فانهض بـراي رشيد (99) وجناحان
جديد فان ضدك مصيد والله تعالي ناصرك قريبا غير
بعيد فلا تخف وان كنت طفلا فانك فتي (100) شبت
اهواء القلوب بنسمات محبتك فصرت شيخ السلطنة وكل
الانام لك مريد فوصل خليل سلطان الي ذلك المكان
فعبي السلطان حسين جيشه واستعمل تهوره
وطيشه

(95) الحقيقة *rei veritas, sinceritas*, ejusque oppositum المجاز *locutio*, vel *actio Metaphorica*, & *impropia*, secum sæpius eleganter conjunguntur. Conf. p. m. 116 & 132. Tom. I. & Cap. sequens sub initium.

(96) Vide de hac urbe *Kescb*, cujus in vicinia natus est *Tamerlan* p. 15. Tom. I.

(97) Legendum potius videtur الزمان.

(98) Ita, quod magis placet, *MS. Gol.* pro vulgato وماثم.

(99) Corruptum procul dubio est وجناحان, namque præpositio ب, a qua regitur, *genitivum* جناحين posceret, & ipsum

collocato, refecuit folvitque ejus vinculum, eumque vefte pretiofa, & muneribus donavit, & in honore, ac facrofanctum habuit, quicquid ad eum pertineret, & beneficus ac comis fuit erga eos, qui ad eum pertinebant, iterque cum iis fecit, donec pervenit ad urbem *Kefch*; miferat autem ante id tempus *Allabdadus* ad *Chalilum Sultanum*, qui ipfi nuntiaret cafum hujus anxietatis, & mala, quæ ipfis contigerant, & ad finem perducta erant. Tum dixit ipfi: *fane omen Tuum fauftum eft, & negotium Tuum laudabile; furge itaque recto cum confilio, & exercitu armato, namque profecto adverfarius Tuus quafi venatione captus eft, & Deus Altisfimus proximus Tibi aderit auxiliator, ne itaque metuas; etfi fis adolefcentulus, in ipfa tamen Tua juventute defideria cordium flagrant aura amoris Tui, ipfique fenes regni, & omnes homines fectatores Tui evaferunt.* Venit itaque *Sultan Chalil* ad illum locum, inftruxitque *Sultan Huffein* exercitum fuum, & adhibuit ardorem fuum bellicum, & alacritatem, præfecit-

ipfum illud *Nun finale* perire deberet propter conftructionem, cum proximo حديد *ferrum*; legendum itaque videtur وجناح, *& cum ala*, quæ de *ala exercitus*, uti Lat. *ala*, poteft accipi, quando حديد *ferrum* denotabit ipfa *arma*, ut fæpius الحديد abfolute adhibetur. Vid. ad *Ham*, p. 520. Alias tamen جناح de *homine* adhibitum, *manum* ejus fignificat, quæ ipfi quafi pro *ala* eft, quando fenfus erit, *Chalilum* adverfus hoftem movere debere, uti *confilio recto firmoque*, fic etiam *manu forti*, quafi *ferrea*, & *acri*.

(100) Ita rectius *MS. Gol.* pro vulgato شبب a شب *arfit*, *flagravit*. Conf. quæ hac de voce obfervavit *Cl. Schult.* ad *Ham.* p. 380.

وطبشه وجعل الله دان علي الميمنة وربقبه علي الميسرة ولما
تراي الجمعان وتداني الزحفان وحقت الحقايق وشدت
المضايق وتعادت الاسود والغرايق وبادر كل منهم من
مكانه وقصد كل من الله دان واقرانه عساكر خليل
سلطانه فتخبطت عساكر السلطان حسين وسلب ثوب
عزه (¹) فنبن بالعرا ملتحفا من ظنونه ثوبي خيبة (²) وحين
ودهمه من البلاء ما انساه سلبه فرجع (³) بخفي حنين ومر
علي وجهه قاطع الفلاة حتي وصل الي ابن خاله شاه رخ
صاحب هراه فلم تطل له عنده مدة فاما سقاه (⁴) مهلكا
واما مات حتف انفه عنده فكان ذلك اخر العهد بسلطان
حسين ورجع خليل سلطان الي دار ملكه قرير
العين .

يقبة




(¹) فنبن, ut puto, pro فنبذ. Sic supra p. 302. T. 1. ونبذ ان انبه.

(²) *MS. Gol.* pro وحين præfert ومين & *mendacii.*

(₃) Confer hoc de adagio ipsam Capitis hujus inscriptionem.

fecitque *Allabdadum* cornu dextro, ambosque ejus focios finiftro; quando autem in mutuum confpectum venerant duo illi exercitus, & ad fe invicem acceffrant ambæ acies, & ad rem ipfam ventum, majorque facta erat anguftia campi prælii, & impetum in fe invicem fecerant leones illi, & agmina, & unusquisque eorum ex loco fuo eruperat, contenderunt omnes, qui cum *Allabdado* erant, ejusque focii ad caftra *Chalili*, *Sultani* fui; diffipati itaque fuerunt exercitus *Sultani Huſſeini*, & fpoliata fuit veftis potentiæ ejus, qua relicta fuperinduit pro opinione fua geminam veftem fruftrationis & exitii, obruitque eum afflictio, quæ fecit, ut oblivifceretur fpolii fui, rediit itaque fpe fua fruftratus, abiitque, folus permeans defertum, donec veniret ad filium avunculi fui, *Sjah Ruch*, Dominum *Ariæ*, penes quem non diu vixit, five ipfi propinatum fuerit venenum, five morte naturali apud ipfum obierit. Atque hic fuit exitus foederis cum *Sultano Huſſeino*, rediitque *Chalil Sultan* lætus, & tranquillus ad Regni fui fedem [Samarcandam].

CAPUT



(*) Sic & fupra مهلك de *veneno* adhibetur p. m. 584. & altera phrafis fignata مات حتف انفه, *obiit fato nafi fui*, de *morte*, *violentæ neci oppofita*, p. m. 270.



بقية ما جري لبير محمد
ما قصه من فرح وهم وكيف
ال ذلك الى وبال وحزن
فنقص (5) ما ذم،

ثم ان بير محمد تمادي في خروجه
واستمر يرتع في روض الطلب ومروجه وتكررت
بينهما دروس المراسلة وتحررت مسايلهما بعد مطاولة
المقاولة ان يتركوا (6) منازل المنازلة
ويعملوا بروج المقابلة
والمقاتلة وكان متولي امور
ديوانه ومشيد قواعد مملكته
وسلطانه شخصا يدعي بير علي تاز
حامي حقيقة باب الملك وحارس المجاز سرة بطحاء
مملكته

(5) *MS. Gol.* وما ثم,

(6) Corrupte *Ed. Gol.* منازل pro منازل, qua ratione fupra p. m. 628. منازل منازلات. Al vero L. pro يتركوا præfert ينزلوا, *ut defcendant in loca prælii*, & mox pro



C A P U T LXIX.

Exponitur reliquum de eo, quod accidit Bir-Muhammedi, ſive proſperum, ſive adverſum, & qua ratione pervenerit ad calamitatem, & triſtitiam, & defecerit, quod conſummatum fuerat.

Tum *Bir Muhammed*, perſeverans in ſua rebellione, perrexit luxuriare in pratis deſiderii, ejusque paſcuis, & reciprocatæ fuerunt inter utrumque lectiones commercii literarum, & utriusque quæſtiones poſt longiorem discurſum eo tandem exierunt, ut miſſas facerent manſiones bellicas, & intrarent propugnacula dimicationis & conflictus, fuitque Præfectus rerum Divani ejus, & firmator columnarum regni & Dominii ejus nonnemo, nomine *Bir Ali Tas*, qui re ipſa defenſor erat Portæ Regiæ, & ſpecie cuſtos intimarum vallium regni ejus, polus coeli

pro ويحلوا, ويخلوا, quæ magis apta huic loco videntur, cujus ſenſus eo certe tendit, ut innuatur, *poſt data verba manus fuiſſe conſerendas*; unde etiam ويحلوا, a حل, *deſcendit in locum, caſtrametatus* eſt &c. in textum recipere non dubitavi.

مملكته وقطب سماء دايرته وقدوة علماء عوالمه وقوة (٧)
خوافي عسكره وقوادمه فجرد من عساكر قندهار
كل طود اي مال علي (٨) الغند هار وتوجه بعزم امضي
من البتار وحزم انفذ من (٩) الخطار قايدا ذلك الخضم
الهدار والسيل التيار والغمام المدرار حتي وصل الي
جيحون فوقف منه التيار ثم امر ذلك البحر العجاج ان
يركب من جيحون الاثباج وتصادم منه ملاطم الامواج (١٠)
فمرج الله البحرين هذا عذب فرات سايغ شرابه وهذا ملح
اجاج فمخروا منه بسفنهم النحر وجاوزوه مجاوزة بني
اسرايل البحر وسار بذلك الاخشب حتي ارسي علي
ضواحي (١١) نخشب .

ذكر

(₇) Sic supra quoque, p. m. 322. lin. 1. ima, T. i. metaphora ducta *ab alis volucrium*, eleganter conjunguntur الخوافي *plumæ breviores*, quales sub *pennis remigibus* volucrium *latent*, a خفا *latuit*, ita dictæ, & *pennæ majores*, القوادم q. d. *anteriores*.

(₈) Mendose vulgo editum الـــقـــنـــد, quod stare nequit, mutandum in الغند *tractus montis longior* &c. qui apte dicitur هار *fractus*, *temporis tractu* collapsus, ut Proverbialis sit locutio ad indicandum, quam lubrica fuerit fidu-

cia

coeli circumferentiæ ejus, exemplar doctorum totius universi ejus, & robur *pennarum & plumarum* exercitus ejus, expedivitque ex copiis Candaharensibus omnem *montem*, *aut inclinavit in montem labefactatum*, & profectus est cum proposito magis secante, quam gladius acutus, & magis penetrante, quam tremula hasta ducens effusam istam multitudinem, torrentemque concitatum, nubesque affluentes, donec pervenit ad *Jaxartem*, ubi substitit ejus fluxus, tum jussit mare illud procellosum vehi dorsis *Jaxartis*, cujus undæ inter se collidebantur; *libere autem dimisit Deus duo maria*, *alterum dulce*, *suave admodum*, *cujus potus facilis est*, *alterum vero salsum*, *valde amarum*. *Sulcarunt* itaque *jugulum ejus cymbis suis*, eumque transierunt, quemadmodum *Israëlitæ* Mare [Rubrum] atque profectus est cum isto exercitu, montis instar gravi & numeroso, donec substitit in campis *Nacbjebi*.

CAPUT

cia Muhammedis in imbellibus istis copiis, quas propter multitudinem habebat pro طور *monte magno* ac *gravi*. Sic in sacris Literis figuratur, *inniti scipioni fracto*.

(9) Conf. *Cl. Schroed.* de Vest. M. H. p. 69.

(10) Formula est ex *Cor. Sur.* xxxv: 12. Conf. *Sur.* xxv: 23, & lv: 19.

(11) Conf. de hac urbe, quæ etiam *Karschi* appellatur ad p. m. 42. n. 5. T. 1.



ذكر مقابلة العساكر الخليلية جنون
قندهار بصدق نبية والقايهم بهزيمتهم
اياهم في اسر بلبية ،

وكان قبل ذلك خليل سلطان قد (¹²) نجر امره كما
كان ونفث اعطار (¹³) مندل الايثار وقوي (¹⁴) العرايم
علي الملوك بالاستحضار ليجنوا من اشجار الجرايات
وثمار الادرار ما يستعدون به لملاقاة شباطين
قندهار فلبي دعوته الخاص والعام وكل (¹⁵) بناء من
عفاريت الجنود وغواص واجتمع من اعيان
لولبيك الاعوان كل مطيع مقتطف ثمر احسان ذلك
البستان من انس وجان وجاء ذلك
البحر امواج العساكر من كل
مكان وهم ما بين روس الجغتاي والجتا
وكل

(¹²) Ita recte *MS.* pro vitioso نجز in *Ed. Gol.* quæ phrasis نجر امره sæpisſime in hoc opere recurrit.

(¹³) مندل *Mendel* nobilisſima *Agallochi* ſpecies eſt, ab oppido *Indiæ* hujus nominis, unde afferri ſolet, ita dicta. Conf. *Ol. Celſ. Hiërobot* Tom. I. p. 149. ſqq.



CAPUT LXX.

Congrediuntur exercitus Chalili cum copiis Candaharensibus strenuissima intentione, quas in fuga sua gravissima clade affecerunt.

Sultan vero *Chalil* jam ante negotium suum, ut nunc erat, absolverat, & odores fragrantissimos beneficiorum sparserat, legesque confirmaverat, quibus arcessebat reges, ut *decerperent de arboribus stipendiorum, & fructibus largitionum, quo sese instruerent* ad obviam eundum *Satanis Candaharensibus*, cui vocationi obtemperarunt nobiles & plebeji, *omnesque architecti* ex dæmonibus exercituum, *& urinatores*, atque convenerunt ex præcipuis istorum adjutorum omnes morem gerentes, qui colligebant fructum istius horti, ex hominibus & Geniis, & confluxerunt ad *mare* illud [*liberalitatis*, Chalilum] undiquaque agmina fluctuum exercituum, in quibus fuerunt duces *Sjagatæorum* & *Getarum*, omnesque *Pharao*-

(14) Ludit in *ambigua* significatione vocis عزائم, quippe quæ notat sive *amuleta*, aut *versus* quosdam ex *Corano*, qui in hunc usum adhibentur, quibuscum comparat *largitiones Chalili*, sive etiam *leges necessario observandas*.

(15) Conf. *Cor. Sur.* XXXVIII: 39. unde hæc formula deprompta est.

وكل فرعون من بلاد تركستان قد علا وعتا وفوارس
فارس والعراق ورستمدار وجان (١٦) قربانية خراسان
والهنود والتتار ومن كان تيمور اعده لمضايق الامور
ولم يفارقه في سفر ولا حضر وارصده لكل نايبة من
خير وشر

فوارس (١٧) لا يملون المنايا
اذا دارت رحي الحرب الزبون .

فاستانف عليهم فواتح الفتوح واستنخب منهم لما دعاه
كل صديق نصوح واسبغ عليهم من دروع عطاياه
السابغات وضاعف على قامة
امالهم من خلع انعامه المضاعفات
ففتحت (١٨) عليهم الارض خزاينها وصبت عليهم من
معادنها ولذاتها ظاهرها وكامنها فصار كل راجل
منهم وفارس وقد تحلي فيما تحل (١٩) به من تلك
النفايس

(16) Vox eſt nihili vulgatum قربانية, mutandum, ut videtur, in زربانية, quæ vox *ſatellites*, ſpec. ferociores, *infernales*, *Dæmones* notat, unde aptisſime cum جان *Geniis* conjungitur, hinc de *hominibus duris* & *ferocioribus* adhibetur, uti ſupra p. m. 94, والزبانية الشدد الغلاظ.

Pharaones [Tyranni] ex Regionibus *Turkestanæ*, & equites *Persiæ*, & *Irakæ*, & *Rustemdaræ*, & Dæmones *Chorasanæ*, *Indorum* & *Tatarorum*, & quos *Timur* paratos habuerat, quando in angustias adduceretur, qui, nec foras, nec domi, ab eo recedebant, sed eum observabant ad quamvis vicissitudinem, sive prosperam, sive adversam;

Equites! quos non tædio coxerint mortes,
Quum mola belli volvitur contumacius collisi.

Proposuitque iis de novo auspicia victoriarum, & ex iis ad graviores casus elegit omnem amicum integerrimum, *effuditque super eos ex thoracibus munerum suorum loricas amplissimas, induitque staturam spei eorum de chlamydibus Regiis beneficentiæ suæ geminis* [veluti] *loricis præstantioribus*, & terra aperuit iis thesauros suos, effuditque super eos ex venis & frustis suis metallicis opes apertas & delitescentes, sic ut omnis pedes eorum & eques, qui gloriose prodibat cum illo pretiosissimo suo ornatu, formæ

(17) Reperitur hic versus in *Hamasa* p. 326, ubi conf. *Cl. Schult.*

(18) Conf. geminum locum supra p. m. 134.

(19) Ita, quod magis placet, *MS.* pro تجلي in *Ed. Gol.* ubi mox etiam minus bene prostat متعذرات pro متخدرات *quæ post velum latent, pudicæ.* Et sic quoque legit *Cl. Schult. Animad.* p. 452.

النفايس يزري بحسن هيبته علـــي متخدرات العرايس فساروا ونسمات النصر مـــن انفسهم فايحة ولمعات الفتح مـــن (20) بوارق ببارقهم لايحة والسبع (21) المثانـــي لابواب النجح والفتوح في وجوههم فاتحة ولا زال ذلك الراس يرسي ويمشي حتي حط علي ضواحي قرشي وهي للدينة المذكورة (22) فاستقرت تلك العساكر المنصورة وذلـــك يوم الأحد مستهل شهر رمضان سنة ثمان مايه وثمان فـــبـات كل مـن ذينك البحرين وقد ضم ذيله وكف عـن (23) التبدير والتبدد سيله وحفظ من الاغبار رجله وخيله (24) واحيي في معتكف المراقبة الي الصباح ليله قلت

الـــي ان بدا لمع الضياء في ظلامه
يلوح كموج الماء من سجف طحلب ۰

ولما

(20) Altifona *Paronomafia* copulantur بـوارق *fulgura* & ببارق *vexilla*. Conf. fupra p. m. 262. n. 59. T. II.

(21) سبع المثاني nomen eft *primi Capitis Corani*, a 7 *verfibus*, quibus conftat, ita dicti, æque ac الفاتحة *Aperiens*. vid. *Maracc.* ad Sur. I. Huc alludit, quoniam in lectione primi hujus *Capitis* magnam vim ad adipiscendam quoque victoriam ponunt *Muhammedis* adfeclæ. Suspicor autem pro لابواب, quod

mæ pulcritudine pulcherrimas ſponſas longiſſime ſuperaret. Quando procedebant, *ſpiritus proſperitatis ex animis eorum fragrabant*, & *fulgores victoriæ ex vexillis eorum fulgurantibus coruscabant*, portasque felicitatis & victoriarum aperiendas vultus eorum præſagiebant, neque deſiit Dux ille curſum ſiſtere, & promovere, donec caſtra poſuit in campis *Karſchi*, qua de urbe jam mentio facta eſt, iſtique exercitus victorioſi ſubſtiterunt die primo ineuntis menſis *Ramedani*, Anni 868, & uterque iſte numeroſiſſimus ille exercitus penoctavit, collegitque laciniam ſuam, prohibuitque torrentem ſuum a diſperſione & diſſipatione, & ſecum retinuit pedites & equites ſuos, & per totam noctem conſedit, exſpectans auroram. Dixi:

Usque dum, exorto ſplendore lucis in ejus tenebris,
Coruſcet inſtar undæ aquæ ex velo lentis paluſtris.

Cum

quod *Ed. Gol.* minus bene, quaſi duæ eſſent voces, لا بواب exhibet, rectius legi الابواب.

(²²) Mendoſe *Gol. Ed.* فاسنقرت pro فاستقرت.

(²³) Legendum opinor التبذر a بذر *ſeminavit, diſperſit* &c. Confer ſupra p. m. 414. Tom. I.

(²⁴) Leg. potius in VIII. ſp. واحتبى, ubi eum notat, qui *lumbis tibiisque revinctis* conſidet, quod apprime convenit, cum proximo معتكف, quod de eo dicitur, qui *permanet adſidue eodem in loco*, ſpec. in *Templo*, religionis ergo.

ولما سل الفجر صارمه الفضي وابرز (25) ترسه ومسح علي لوح الجو ما (26) طرسه مسود الليل من دخاني نقشه تهباء كل من اولبك الأطواد للاصطدام واشتعلت في قلوب تلك القبايل نار الحمية (27) للاصطلاء والأصطلام نعبي كل عسكره ما بين ميمنة وميسرة ومقدمة وموخرة ثم تدانوا وتكانوا وتعاونوا وتعادوا وتزاجروا وتغانوا (28) وتعانقوا (29) وتهانوا وتناحروا وتفانوا والتفت الرجال بالرجال

(25) *MS. Gol.* ابريز *aurum* spec. *purissimum.*

(26) Ita omnino legendum pro طرشه in *Ed. Gol.* quo perit omnis hujus figurationis elegantia; notat nempe طرس, *rei scriptæ, sed deletæ, iterum superscripsit;* id nunc *nocti* tribuitur, quæ *tenebricosam suam picturam*, quoties eam dies deleverit, toties iterum *aëris* quasi *tabulæ illineret*, unde nox etiam inducitur, tanquam مسود, qui *nigro colore literas pingit.*

(27) Nihil æque familiare Poëtis Arabum, quam *ignem præliorum* inducere, quo se *torrendos* præbeant *strenui bellatores*, unde venuste nunc quoque adhibitum vocabulum الاصطلاء. Conf. *Hamas.* p. 328.

(28) غني in VI *specie* solet designare illam animi αὐταρκείαν, qua

Cum autem Aurora gladium ſuum argenteum eduxit, protulitque aureum ſuum clypeum, *deterſitque ſuper tabula aëris atratam picturam, quam prius deletam nox veluti nigro colore ſuperſcripſerat*, paraverunt ſe omnes iſti montes ad colliſionem, & in cordibus illarum tribuum accenſus fuit ignis generoſi ardoris, ſuſtinendi fervidiſſimum impetum bellicum, & profligationis. Atque inſtruxit omnis exercitus cornu ſuum dextrum & ſiniſtrum, & agmen primum & noviſſimum. Tum ad ſe invicem accedentes ſua inter ſe jactarunt cognomina, mutuamqe ſibi opem inter ſe promiſerunt, & ſe invicem incitarunt, & cantu Martem incenderunt, manibusque cervicibus injectis ſe invicem amplexi, ſe mutuo provocarunt, arreptisque jugulis ſe invicem perdere ſtuduerunt, & congresſus fuit

qua quis *ſibi ſufficit, ſuaque contentus virtute alterius non indicat*, quod huc non male quadrat. Sed videtur reſpici nunc ad alteram verbi غــــنــــي, *cantandi* nempe, ſignificationem, quando ſenſus erit: *cantu martem accenderunt.*

(29) Quomodo hic loci exponendum ſit تهانوا, quæ *ſexta ſpecies* verbi هنا non frequentatur, dubitari poteſt; ex recepto uſu notat *ſibi gratulati fuerunt*, adhibita illa formula يـــــا هـــــنـــيئاله *beus tu*, ſed graviori ſenſu *mutuam provocationem* inferre hoc loco videtur, quo ſpectat etiam proximum تـــعـــانـــقـــوا quod de mutuo amplexu, veluti *gratulantium*, adhiberi ſolet, ſed nunc in deteriorem partem itidem accipitur.

بالرجال والخيل بالخيل وارتفع ظلام القتام الى رؤوس
الاسنة فرأوا في (١٠) صلاة الظهر نجوم الليل وجرى في
ذلك (١١) القسطل من كل قناة عيون السيل ثم عند
منتصف النهار انكشف الغبار عن ان طوق قندهار هار
وسعد اوليك الكبار بار وعليهم غبار العثار ثار وخبرهم
بالانكسار (١٢) سار وصبا خلخل السلطان الى (١٣)
الاقطار طار والى الافاق بالانتصار صار وولى بير محمد
وعلى راسه بحر الدمار مار وفي قلبه زناد البوار وار
حتى كان في قلبه جمر الغضا والقار غار او في كبده
نار لهب (١٤) المريخ والسعار فسار
وجندلن

(10) صلاة الظهر ad verbum eſt *precatio meridiana*; quinquies enim per diem orare debent *Muhammedani* (1) ante ſolis ortum (2) *meridie* (3) poſt meridiem &c. unde nunc commode pro *ipſo meridie* ponitur.

(11) Aliqua illuſtratione profundior hæc ſiguratio indiget; nempe السيل *torrens* nunc abſolute ponitur pro سيل دم *torrente ſanguinis*, quem derivat ex *haſtis* قناة, vulnera inſli-gentibus, ſed ſimul in ea voce reſpicit ad alteram ejus ſignificationem, qua notat *canales*, *ſubterraneos*, per quos عيون *fontes* defluant. Huic denique figuræ inſervit القسطل, quod denotat *pulverem undantem*, & quaſi *murmur*, inſtar labentis aquæ, edentem, unde *Boch.* in Geogr. S. ab hac voce *Ca-ſtala*

fuit pedes cum pedite, eques cum equite, & elatus fuit tenebricosus pulvis usque ad capita cuspidum, sic ut *apparuerint in ipso meridie astra nocturna, & fluxerunt in pulvere isto undante ex omnibus hastis fontes torrentis* [sanguinis] Tum sub medium diem, remoto pulvere, apparuit, *Candebarensem montem* [sive gravem exercitum], fractum esse, & felicitatem istorum Gigantum periisse, & super eos *pulverem cæspitationis effervescere*, eosque abire profligatos; *Favonius* vero *Chalili Sultani* cum victoria quoquoversus volitabat & pervadebat; tergum itaque vertit *Bir Muhammed*, & super caput ejus mare exitii fluctuabat, & in corde ejus igniaria interitus ignem sic emittebant, ut esset, acsi in corde ejus prunæ vivacissimæ ferverent, aut in jecore ejus ignis, igniario & fomite accensus, æstuaret, prostratique fuerunt ejus milites,

stala, sive قسطلة, derivandum censuit *Castalii fontis* etymon. p. 430. Videtur conflata ex قسط & بطل. Ceterum confer ejusdem vocis usum supra p. 256. Tom. 1.

(12) Excidit in *Ed. Gol.* verbum hoc سار *ivit*, *abiit* &c. quod adesse oportebat ad sensum implendum; tum etiam, quoniam in his verbum, quod cum ultima syllaba præcedentis vocis conveniat, identidem elegantiæ ergo repetitur.

(13) Corrupte legitur in *Ed. Gol.* الاوطار pro الاقطار *plaga*, *tractus*, quod res ipsa, &, quod mox ei respondet, الآفاق, unice postulat.


(14) Mendose *Ed. Gol.* المرج pro المرخ quam vocem copiose illustratam vide a *Cl. Schult.* ad Orig. p. 63. ex *Scholiaste Arabe*.

وجندلت رجالـــه وابطلت ابطاله ونهبت اثقـالـه وتحولت احواله وســـبـــي حـــريـــمـــه وعـبـيـده وسلب طريفه وتليده وتشبث هـــو باذيال الهزيمة وعلم ان (١٥) ايابه سالما نصف الغنيمة كمـا قيل

ايـابك ســالـمـا نصف الغنيمة
وكل الغنم في النفس السليمة ٭

ورجع خليل سلطان وقد استنار به الكون والمكان (١٦) واستقرت دولته واستطارت صولته وشكر الله المليك واتم صيام رمضان في مكان يسمي جكدليك ٭

ذكر



(15) Refpicit, ut alibi quoque, ad Proverbium ab *Amriolkeifo* profectum رضيت من الغنيمة الأياب, *loco prædæ contentus fum reditu*, de quo vide *Pocock*. ad *Carmen Tograi* p. 45.

(16) Minus bene *Gol. Ed.* أسقرت, pro أستقرت in x. fp.


qua

lites, & ſtrenuiſſimi ejus bellatores profligati, & di-repta ejus impedimenta, res ejus ſubverſæ, Gynecæum ejus, & ſervi in vincula abducti, omnesque ejus faculta-tes ſpoliatæ, adſtrinxitque lacinias fugæ, probe gnarus, incolumem ſuum reditum æquare prædam; quemadmo-dum dicitur:

Reditus Tuus incolumis æquat prædam,
Et inſtar omnis prædæ eſt anima incolumis.

Rediitque *Sultan Chalil*, jamque ab ejus radiis colluſtra-ri geſtiit totus orbis, & confirmatum fuit ejus imperium, lateque ſeſe diffudit terror ejus, gratiasque egit Deo regi, & jejunium *Ramedani* peregit in loco, cui nomen *Gacdalik.*

CAPUT



qua reliqua verba itidem ſunt concepta; eleganter autem hic miscentur duo verba oppoſita, استقر *quievit, reſedit in eodem loco*, veluti avis, poſt volatum, de *Imperio ſtabilito*, & استطار *avolavit, late ſe diffudit, de formidine*, quam arma victricia omnibus incutiebant.



ذكر خروج عسكر العراق على خليل سلطان ومجاهدتهم بالخروج وقصدهم الأوطان .

ثم في ليلة الاثنين (37) غرة شوال خرج من العراقيين الروس والابطال ومعهم حريمهم واتباعهم واولادهم واشياعهم وكبيرهم شخص يدعي حاجي باشا وهم جارون تحت امره كيف ما شاء وكانوا ذوي صولة وجولة وصحبتهم السلطان علاء الدولة ابن السلطان احمد البغدادي لصلبه وكان قد وقع في اسر تيمور (38) فسحبه في سجن محنته وكربه فافرج عنه خليل سلطان وجعله عنده ذا مكانة ومكان فبينما الناس

(37) غرة, quod proprie significat *candicantem frontis notam*, & hinc inter alia de *novæ Lunæ splendore* frequentatur, nunc ipse *mensis novus* est; sic quoque supra p. m. 176. in isto غرة المحرم &c.

(38) Venuste hic positum سحب, quod proprie notat, *fricando*



CAPUT LXXI.

Exponitur defectio militum Irakensium a Sultano Chalilo, & diligentia, quam adhibuerunt in defectione sua, & reditu ad patriam.


(36) Turbat haud leviter contextum orationis vulgatum ايىن, quod ibi potius legi deberet, ubi nunc particula ان, ut ſit الي اين, ſic certe ſolet Noſter; conf. geminum locum p. m. 264. T. I. وما بين الي اين يصبرون. Legendum itaque videtur الي ايىن يتوجه, deleto altero اين.

illa ipsa hora, &, si non adesset necessitas, eam non divulgasset, nec cuiquam arcanum suum repetiisset, nec primum manifestasset. Adeoque homines huc illuc agebantur, copiæque nunc versus Orientem, nunc versus Occidentem tendebant, *montesque* copiarum istarum *concutiebantur*, *& dissipabantur*, *atque nodi linearum margaritatum solvebantur*, & vix poterant contineri, & solvi pedes jumentorum earum ab itinere, & revinciri, hominesque inter se, veluti fluctus concitati, tumultuabantur, & subvertebant coelum in terram, longum in latum, & unusquisque mente perturbabatur, & sui nescius reddebatur, nec agnoscebat, quorsum contenderet, &, cum in exercitu ejus esset speculator, aut qui observaret ejus abitum & adventum, statim, atque viderat vasa eorum colligi, & spectaverat, eos castra movere, & iter facere, volabat ad dominum suum, eique manifestabat, quod perceperat de itinere copiarum versus plagam, de qua consenserant, seque suo ipsius oculo eos vidisse, istuc iter facientes, cavebat itaque sibi populus istius regionis, dum

(17) Legitur vulgo ريبة *hæsitatio*, *suspicio*, quam vocem neque *contextus*, neque etiam *syntaxis* verbi كان patitur; fidenter autem, transpositis duntaxat literis ي & ب, quarum puncta diacritica sæpenumero permiscentur a librariis, emendo ربيئة *speculator*, quod a رباء *e specula*, sive *loco editiori aliorum facta observavit*, unice hic quadrat, subjicitur etenim او من يراقب *aut qui observaret ejus iter* &c.

وتطمين ساير الجوانب من النوايب فلم يشعر الا وقد دمر
علي الجانب الذي قصده وحطمه ونبذةً من نار العذابَ
الموقدة في السعير والحطمه ، وكم كان له من دها
ومكر خفي وذكا ومن جملة ذلك انه لما كان بالشام
وقد قابلته عساكر الأسلام اشاع ان (38) سوار اساورته
تخلخل وتاخر قليلا الي وراء وتخلخل واذاع انه اعوز
خيله ورجله الزاد وانه صايب صوب بغداد ثم (39) اسفرت
القضية عن ان انهزمت العساكر المصرية وكان قصده
بذلك تثبيت جاشهم واستقرار روسايهم (40)
واوباشهم وان (41) يكر كل منهم علي ما ازم
فيربض في مكانه ولا ينهزم فيحبط بالكل
كبده ويصبر المجموع صبره، ومما يحكي من
شدة عزمه وثباته علي ما يقصده وحزمه
وحلول نقمته ممن يعارضه (42) ويعاكسه فيما
يرسم

(38) Conf. Cl. *Schroed. de Vest. Mul. Hebr.* p. 59.

(39) Eandem formulam اسفرت &c. vide supra p. m. 480. T. 1. linea ima.

(40) Mendose *Gol. Ed.* واوناسهم pro واوباشهم, quod *turbam hominum* notat, *ex diverso genere confusam, infimæque sortis.* Hinc jungitur الأوباش cum الحشم p. m. 580. T. 1.

dum reliqui ſecuri erant de periculis, nec animadvertebant, niſi, quando jam invaderet tractum ſibi propoſitum, eumque comminutum projiceret ex igne cruciatus incenſo in tartarum & infernum. Quanta vero fuit ejus aſtutia, fallacia, diſſimulatio, & ſubtilitas! cujus ſpecimen illud ſit: quando erat in *Syria*, & e regione ipſius exercitus *Muslemiorum*, rumorem diſſeminari juſſit, *armillas copiarum ſuarum eſſe disruptas*, & paululum retroceſſit, & retrogreſſus fuit, atque divulgavit, equitatum & peditatum ſuum commeatus difficultate laborare, ſeque *Bagdadum* petere; apparuit autem, fugam cepiſſe exercitus *Aegyptiacos*, fuitque ſcopus ejus in eo, ut confirmaret eorum animum, & ſubſiſtere faceret eorum duces, & confuſam turbam, &, ut quilibet eorum ſe reciperet ad ſtationem ſuam, atque requieſceret in loco ſuo, nec fugeret, ut ea ratione omnes inſidiis ſuis circumdaret, & univerſi ſimul in prædam ſibi cederent. Pro ſpecimine firmitatis propoſiti ejus, & conſtantiæ in eo, quod intendebat, & ſecum conſtituebat, atque vindictæ graviſſimæ, quæ iis incumbebat, qui ei adverſabantur, & ſemet opponebant, contradicerentque voluntati ejus, narratur: quando copias eduxit in *Indiam*, perve-

(41) Malim يكر a كر, *repetiit, rediit*, quod cum علي ſolet conſtrui.

(42) Exſulat III. hæc ſpecies verbi عكس e Lexicis, quo nomine noſtrum locum notavit Cl. *Schroed. de Veſt. Mul. H.* p. 7. Addatur ejusdem Conjugationis derivatum المعاكسة p. m. 614. T. II. ubi cum gemino *adverſandi* uſu, jungitur المناقضة.

يرسم ويناقضه انه لما توجه بالجنود الي بلاد الهنود
بلغ الي قلعة شاهقة اقراط (43) الدراري باذان
مراميها عالقة ورجوم النجوم الصايبة نتعلم الاصابة
من رشاقة سهامها الراشقة كان
بهرام في مهواه احد سواطيرها وكيوان في
مسراه خادم (44) نواطيرها والشمس في استوايها غرة
جبينها وقطرات السحاب في الانسكاب تترشح من
قعر معينها وشفق (45) الشفق الحمراء علي (46)
اذان مراميها وانوف ابدانها
سرادق

(43) Mendose *Gol. Ed.* الذراري pro الدراري, ut est in *MS.* & legit etiam Cl. *Schult.* ad *Harir.* v: p. 114. Sunt autem الدراري idem, quod نجوم *stellæ*, & quidem *splendidiores*, & *majores*, q. d. *unionibus similes*; a در nimirum, quod *unionem* notat. Ceterum in proximo isto ورجوم النجوم, imitatur stylum *Corani*. Conf. *Sur.* LXVII: 5.

(44) Ita recte *MS.* pro بواطيرها in *Ed. Gol.* Notat autem ناطر *inspectorem*, *custodem*, spec. *vineæ* vel *palmeti*, aut etiam *servum balnei*, qualis nunc inservit inflatiori descriptioni arcis celsissimæ.

(45) *Ed. Gol.* mendose الشفق pro الشفق *crepusculum*, quod est in *MS.* & exigit etiam contextus; præcessit enim *sol*

في

pervenit ad arcem celſiſſimam, *e cujus ſummitatum auribus dependebant inaures ſtellarum, & jaculantia aſtrorum ferientium addiſcebant artem feriendi a vibratione telorum ejus recta ferientium; Mars in greſſu ſuo videbatur unus ex ejus ſatellitibus, & Saturnus in itinere ſuo nocturno famulus cuſtodum ejus, & Sol in meridie candida nota frontis ejus, & guttæ de nubibus effuſæ emanaſſe ex ima ejus ſcaturigine, tractusque crepuſculi rubicundi ſupra anſas, veluti aures, ſummitatum ejus, & prominentias, tanquam naſos, vallorum, veluti corporum ejus, videbatur cortina, globi-*

في استويها *in æquatione ſua*, id eſt, meridie. Conf. de uſu vocis شفق *Harir. Conf.* II. p. 102.

(46) Ut inflatior eſt deſcriptio hujus arcis, ita ex ambiguo plurima ponuntur, veluti اذان *aures*, quæ in aliis rebus *anſæ* ſunt, انوف, quod *naſos* ſimul notat, & quamlibet *prominentiam*; ابدان vero, quod *corpora* ſolet ſignificare, itidem, apud *Turcas* præſertim, ſumitur pro *pinna muri*, ſive ipſa *lorica*, aut *vallo arcis*, uti videre eſt apud *Menynsk.* in voce بدن. Quem uſum vox hæc in noſtro loco manifeſte exſerit, ſed & confirmat illud, quod ſupra p. m. 570. T. I. reperitur, ubi jungi videas ابدان الاسوار *corpora*, quæ nunc ſunt *portiones*, ſive potius *pinnæ, murorum.* Ad eandem rationem mox عيون, *oculi* ex ancipiti ponuntur pro *foraminibus*, e quibus *glandes ſclopetariæ* emittuntur, namque مكاحل *ſclopeta* nunc notant, ut ſupra p. m. 324. T. I. ubi confer n 57. Ex illo uſu bellico عين, *oculus*, apud *Golium* exponitur, *ſcutale arcus baliſtarii, cui glans excutienda* imponitur.

سرادق وكرات نجوم القبة الخضراء لعيون مكاحلها
واوراه مدافعها طابات وبنادق فيها من الهنود طايفة
ثابتة الجنان غير خايفة جهزت اهلها ومما تخاف علية
الي الاماكن المعجزة وتثبتت هي في تلك القلعة حافظة
لها متحرزة مع انها شرذمة قليلة وطايفة ذليلة لا خبر
عندهم ولا مير ولا فايدة سوي الضرر والضير ولا للقتال
عليها سبيل ولا حواليها لاحد مبيت ولا مقيل بل هي مطلة
علي المقاتلة (47) مستمسكة من المقاتلة فابي ان يجاوزها
دون ان يناجزها بالحصار ويناجزها واللبيب (48) العاقل
ما يترك لخصمه مقايل فجعلت المقاتلة تناوشها من
بعيد (49) ونصب كل من اهلها عليهم من اسباب المنايا
ما يريد كما يريد فكان كل يوم يقتل من
عسكره ما لا يحصي والقلعة تزداد بذلك
اباء واستعصاء وهو يابي الرحيل عنها الا ان
يصل الي غرضه منها فعا بعض ايام المحاصرة
مطروا

(47) *Ed. Gol.* mendose مستمسكنة, quæ vox est nihili & manifeste corrupta ex مستمسكة, *quod firmæ est constitutionis*, ut supra p. m. 782. *de corpore robusto.*

(48) Verba hæc واليبيب usque ad مقايل in *MS. Gol.* non leguntur,

globique stellarum coeli, tanquam fornicis viridis, erant ut foramina sclopetorum ejus, & ora tormentorum ejus pilæ, & glandes. Præsidium ejus erat caterva *Indorum*, animi immoti, & intrepidi, quæ familiam suam, & *quæ cariora erant*, emiserat ad loca, quæ capi non possent, & arci isti defendendæ atque custodiendæ fortiter inhærebat, etsi manus esset exigua, & turba miserabilis, penes quam nihil omnino lucrandum erat, nisi damnum & detrimentum; nec erat ejus impugnandæ via, nec in ejus ambitu quispiam sive noctu, sive de die quiescendi locum reperiebat, imo vero ex alto imminebat oppugnatoribus, tuta ab impugnatione. Præ fastu vero noluit eam præterire, nisi postquam obsidione eam pressisset, & infestasset; nempe *sapiens cordatus ob adversarium suum loco non cedit.* Ceperunt itaque milites eam e longinquo adoriri, & omnis populus arcis eos pro lubitu quibuscumque instrumentis lethiferis impetere, unde singulis diebus ex ejus exercitu innumeri perimebantur, atque arx eo ipso fastidiosior fiebat, & obstinatior, ipse vero nolebat ab ea discedere, nisi scopum suum de ea obtinuisset; quando autem die quodam eos ab obsidione prohibebat pluvia copiosior, incitabat eos ad pugnam, obequitans, ad

guntur, sed *Golius* in margine adscripsit.

(49) Pro نصب videtur legendum potius يصب a صبّ *fudit, effudit.*

مطروا وبواسطة المطر انحصروا وصار يحثهم علي القتال
وركب لينظر ماذا يصنعون في تلك الحال فلم يرتض
افعالهم لما عكست اوجالهم احوالهم فدعا منهم رؤوس
الامراء وزعماء العسكر والكبراء واخذ يمزق اديم عصمتهم
بشفار شتمه ويشقق ستر حرمتهم بمخاليب لعنه وذمه
ونفخ (50) الشيطان في خيشومه فالهب فيهم نيران غضبه
وشومه وقال يا لئام (51) واكلة الحرام تتقلبون في
نعماي وتتوانون عن اعداي جعل الله نعمتي عليكم
وبالا والبسكم بكفرانها خيبة ونكالا يا (52) خازي
الذمم وكافري النعم (53) وساقطي الهمم ومستوجبي
النقم الم تطؤا اعناق الملوك باقدام اقدامي
وتطيروا الى افاق الدنيا باجنحة احساني واكرامي
وتفتحوا مغلقات الفتوح
بحسام صولتي وتسرحوا في منزهات
الاقاليم

(50) Eandem formulam *Satanas nares ejus inflavit*, quæ de *ſuperbo*, & *iracundo* frequentatur, ſupra quoque adhibitam vide p. m. 408.

(51) اكلة الحرام *comeſtores illiciti* nimis ad literam *Interpres Gallus* vertit: *mangeurs de viandes defendues*, quod nihil hic ad rem facit, & ab ipſius etiam convicii uſu, ſpeciatim apud

ad videndum, quid in isto statu facerent, sed ipsi displicuerunt eorum opera, cum metus eorum fortunam subvertisset, adeoque vocavit ad se præcipuos eorum duces, & tribunos militum, atque *laceravit cutim verecundiæ eorum acie convitiorum suorum, disrupitque velum honoris eorum unguibus maledictionis, & reprehensionis suæ, & Satanas nares ejus inflavit, & in eos immisit ignes iræ malitiæque suæ*, dicens: *ó ignavi, ciboque, quem comeditis indigni! Beneficiis meis utimini pro lubitu, sed adversus hostes meos cunctamini. Vertat Deus beneficia mea super vos in malum, & reddat vobis pro ingratitudine malum successum, & poenam! o perfidi, & ingrati, & meticulosi, & suppliciis digni, nonne fortitudine pedum meorum conculcastis regum colla, & ad fines usque mundi volastis ope alarum gratiæ & reverentiæ meæ, & aperuistis clausas portas victoriarum gladio formidinis meæ, & in amoenissimos orbis terrarum tractus pastum emisistis* greges

apud *Turcas*, longius recedit. Hi nempe *cibum* alicui dicunt *illegitimum*, الحرام, quando eum non meretur, eoque indignus est, velut inutile terræ pondus. Conf. *Menynsk.* in voce حرام. Quod ipsum hic unice quadrat, ubi *Timur* non *religionis violatæ*, sed *ignaviæ* duces suos accusat.

(⁵¹) Minus bene *Gol. Ed.* حريب, ut ex sequentibus participiis apparet.

(⁵²) Proprie *fidentes animis*, pro *meticulosis*, quo de usu conf. *Cl. Schroed. Observ. ad Orig. Hebr.*

الاقاليم (54) سوايم تحكمكم بترعية دولتي بي ملكتم مشارق الارض ومغاربها (55) واذبتم جامدها واجمدتم ذايبها

الم اك نارا يصطليها عدوكم
وحرزا لما الجاتم من روابيا ٭
وباسط خير فيكم بيمينه
وقابض (56) شرا عنكم بشماليا ٭

ولا زال (57) يهمهم ويغمغم ويهمزم ويبرطم وهم مطرقون لا يحيرون جوابا ولا يملكون منه خطابا ثم ازداد (58) حنقا وكاد ان يموت خنقا

(54) سوايم funt *greges pascentes* a سام, quod inter alia notat *pascere;* pluribus rebus eos figurate tribuere folent Arabum Poëtæ; fic *Tograi* inducit سوام النوم *greges fomni.* verfu 12.

(55) Verba funt oppofita جمد & ذوب, quæ eleganter juxta fe ponuntur, ut in illo *Haririi Conf.* IV. p. 30. وانذوب وتجمد, ubi conf. *Cl. Schult.*

(56) Videtur legendum potius شر, ex eadem *fyntaxi*, qua modo conftruitur باسط خير *expanfor boni*, id eft, *qui larga manu id effundit.*

(57) Conf. fupra p. m. 186. T. I. ubi utriusque hujus verbi derivata

greges arbitrii vestri sub imperii mei cura; per me possidetis Orientales terræ plagas, & Occidentales, & liquefecistis earum solida, & consolidastis earum liquida.

Nonne subivi ignem bellicum, *quo torrebatur bostis vester,*
Et vos *defendi, quando fugiendum vobis fuerit e locis editioribus?*
Dextraque manu bona in vos effudi,
Sinistraque mea malum a vobis averti?

Neque desiit barrire, & mugire, & effutire, & præ iracundia, balbutire, dum illi, oculis humi defixis, nihil quicquam respondebant, nec ejus sermonem capiebant, unde, magis aucta ejus indignatione, parum abfuit, quin suffocaretur, extraxitque gladium manu sinistra,

vata همهمة & غمغمة itidem conjungi videas; quod posterius speciatim adhibetur *de voce*, quam *taurus terrefactus*, aut etiam *iratus* edit, unde transfertur ad *clamorem* quemcumque *fortiorem*, & *inconditum*, sic ut intelligi nequeat.

([51]) Mendose *Gol. Ed.* جنفا pro جنقا, quomodo legendum esse non evincit tantum *Kafia* sequentis vocis خنقا, sed & locus plane geminus p. m. 238. T. II. والتهب جنقا وكان ان يموت خنقا; & sic sæpe alias verba hæc cognata جنق & خنق, quorum proprietas est *in suffocando*, noster solet geminare.

خنقا فاخترط السيف بيده اليسري (59) وهم به علي قمم
اولبك الاسري وهم ان يجعل رقابهم قرابه ويبقي من
دمايهم فرنده ودبابه وهم علي تلك الحال في الخزي
والاذلال (60) باذلوا نفوسهم ناكسوا روسهم ، ثم تراجع
وتماسك وملك نفسه قليلا او تمالك
فاعمد عن تشريقهم حسامه ولم يلق لامره قبلة ولا دبرة
فغلف غربه وشامه ثم نزل عن مركبه
واستدعي الشطرنج الكبير (61) ليلعب به وكان
عنده شخص يدعي محمد قاوجين هي
اديه ذو مكان مكين ومقام
امين مقدم علي كل الوزراء ومبجل دون ساير
الامراء مسموع القول مقبول الراي
ميمون النقيبة محبوب الشكل فتشفعوا
به وعولوا في حل هذا الاشكال عليه وقالوا
ساعدنا ولو بلفظة وراقبنا ولو بلحظة واعمل معنا بهذا
المعني.

ساعد

(59) *Leg.* potius videtur هز *agitavit* gladium, cumque *vibravit*.

(60) Proprie *viles habebant animas suas*, id est *mortis periculo semet*

ſtra, cumque vibravit ſupra capita iſtorum mancipiorum, & voluit colla eorum habere loco vaginæ, & aciem gladii ſui ſanguine ipſorum potare, quo in ſtatu ſubmiſſe & humiliter *ad mortem ſemet offerebant, capitibus deorſim inclinatis.* Tum retroceſſit, & ſe repreſſit, ac paululum ſemet ipſe continuit, ſaltem id ſimulavit, atque gladium in vaginam immiſit, quo minus eos diffinderet, *quid faceret cum eo, neſciens*, ejusque aciem in vagina repoſuit, condiditque. Mox deſcendit a jumento ſuo, & adferri ſibi juſſit latrunculorum luſum *majorem*, ut eo luderet; habebatque ſecum virum, cui nomen *Muhammed Kawchin*, qui penes eum obtinebat ſedem firmiſſimam, & locum fidiſſimum, omnibus Veziriis antelatus, & præ ceteris ducibus plurimi æſtimatus, cujus ſermo gratus, & conſilium acceptum erat, felici & amabili indole præditus; hujus itaque interceſſionem petierunt, eique ſolutionem hujus dubii commiſerunt, dicentes: *juva nos vel verbulo, & reſpice nos ſaltem nictu oculi, & obſerva, quod eſt in hoc verſiculo:*

Juva

ſemet exponebant. Conf. de hac phraſi *Cl. Schult. Animadv.* p. 66. & *Lette* ad *Jud.* v: 18. Quod vero ſubjicitur ناكسو رؤوسهم, deſumtum eſt ex *Corano* Sur. XXXII. 12.

(81) Mendoſe *Got. Ed.* tranſpoſitis literis ع & ل pro ليلعب habet لبعلب.

ساعد بجاهك من يغشاك مفتقرا
فالجود بالجاه فوق الجود بالمال .

وبما قيل

واهون ما يعطي الصديق صديقه
من الهين المبسور ان يتكلما .

وبما قيل

وان لمرا قد (61) ضن عني بمنطق
يسد به من خلتي لضنين .

فاجابهم والتزم ان يرده عما تاهم به والتزم وراقب مجال المقال وراعي فرص المجال واخذت افكار تبمور تغور في

(61) Mendose *Gol. Ed.* طن pro ضن *tenacior alicui rei adhæsit;* hinc *ei pepercit, quasi per avaritiam*, unde derivatum ضنين *avarum* notat. Eſt vero formula ſignata سد به خلتي *eo obſtruxit hiatum meum*. id eſt *inopiæ meæ ſubvenit*, ut ſupra p. m. 524. T. 1. & in illo *Haririi Conſ.* iv: 28. *amicitiæ meæ participem non reddo*, ومن لا يسد خلتي, *niſi, qui rimam meam*

Juva Tua dignitate hospitem, qui ad te se recipit, ad paupertatem redactus.
Namque copia dignitatis eminentioris potior est divitiarum copia.

Item id, quod dicitur:

Omnium levissimum, quod amicus det amico suo,
Est, ut verba pro eo faciat.

Et hoc dictum:

Si quis tenacior parcit orationi, pro me habendæ,
Vel avarus ea levabit meam indigentiam.

Annuitque iis, & in se suscepit, ut *Timurum* abstraheret a consilio, cui obstinatius inhærebat, & observavit locum opportunum dicendi, atque captavit occasionem loci, coepitque *Timuri* animus fervere ob causam illius castel-

meam obstruit, Conf. quæ ad hunc locum notavit *Cl. Schult:* Fraudi vero fuit hujus formulæ usus *Interpreti Gallo*, qui خلة *de amicis* interpretatus, quos alias hæc vox, sed per vocalem *Dsamma* literæ خ superscriptam, designare solet, dedit: *le plus avares de mes amis m'aideront en cette occasion.*

في امور العامة وثغور وجعل يستضوي اضواءهم ويستوري
اراءهم ولا يسع كلا منهم الا القبول لما يستصوبه رايه
ويقول في بعض الاحايين اتفق ان قتل محمد قاوجين
وقد زل (63) به القضاء واحاطت به نوازل البلاء اطال الله
بقاء مولانا الامير وفتح بمفاتيح ارايه وراياته حصن كل
امر عسير هب انا فتحنا هذه القلعة بعد ان اصيب منا
جانب من اهل النجدة والمنعة هل يفي هذا ابدا ان يوازن
هذا النفع بهذا الاذى فما احتفل بخطابه ولا اشتغل بجوابه
بل استدعى شخصا من (64) المرقدارية قبيح المنظر الا انه
في حالة (65) زرية يدعي هرامك ذا عرق سهك
ووجه بالسواد سدك اوسخ من في المطبخ (66)
واسنخ من في المسلخ لعاب الكلب
طهور

(63) Pro زل, quod ab hoc loco alienius eſt, legendum procul dubio videtur نزل *deſcendit*, quod in ſimili argumento longe frequentisſimum eſt, unde mox, ut ſolet noſter, eleganter ſubſumitut نوازل البلاء *deſcendentia mali*, id eſt *malum longe graviſſimum*, & *è coelo*, quaſi ab ipſo Deo, *immiſſum*, adeoque *inevitabile*.

(64) المرقدارية male *Vatt.* accepit, ac ſi nomen eſſet gentile, dum vertit: *un certain homme de la Mercaderie*; namque

toquos

castelli, & æstuare, & lucem petere de luce consilii eo, rum, & ignem elicere de sententiis eorum, sed nullus ex iis potuit, nisi approbare, quod ipsi rectum videtur & diceret; accidit autem aliquando, ut *Muhammed Cawregbin*, quando fatum in eum descendebat, & fatale malum ipsi imminebat, diceret: *servet Deus quam diutissime Dominum Nostrum Imperatorem, & aperiat clavibus consiliorum & vexillorum ejus arcem omnis negotii difficilis! pone, nos hanc arcem tandem expugnare post absumtam de nobis partem animosiorum, & strenuiorum militum, an hoc unquam tanti erit, ut æquet hæc utilitas hanc jacturam?* *Timur* vero, nulla habita sermonis ejus ratione, non operæ pretium duxit ipsi respondere, imo vero vocavit ad se *coquum* aliquem, deformem adspectu, præterquam quod esset in statu mediocri, nomine *Haramelek*, præ sudore male olens, & facie nigerrimus, *squalidior iis, qui in culina, & rancidior iis, qui in laniena versantur. Saliva canina munda erat præ sudore ejus, & succus bituminis*

coquos notat, compositum ex Arab. مرق *jus*, *jusculum*, & *Persico* دار quod vocibus subjungunt eodem usu, quo Arabes suum صاحب, *socium*, iis præfigunt; sic كوشت دار, *socius carnis*, illis notat *carnosum*; ريش دار *barbatum* &c.

(65) Præpostere legitur in *Ed. Gol.* مرزية pro مزرية, quod legit *Schol.* & exigit etiam alliteratio, qua respondere debet المرقوا مرية ةة.

(66) Mendose *Gol. Ed.* واستخ pro واسبنخ. Conf. Cl. *Schroed. ad Orig. Hebr. Cap.* v. §. 2.

طهور عند عرقه وعصارة القبر حليب بالنسبة الي مرقه
فعين ما حضر لديه ووقع نظره عليه امر بثياب محمد
قاوجين فنزعت وبخلقان هراملك فخلعت ثم البس كلا
ثياب صاحبه وشد وسطه بعصابته ودعا دواوين محمد
ومباشريه وضابطي ناطقه وصامته وكاتبيه ثم نظر ما له
من ناطق وصامت ونام وجامد وملك وعقار واهل
وديار وحشم وخدم من عرب وعجم واوقاف واقطاع
وبساتين وضياع ومماليك واتباع وخيل وجمال واجمال
واثقال حتي زوجاته وسراريه وعبيده وجواريه فانعم
بذلك علي (67) ذلك الوسخ وامسي نهار وجود محمد
قاوجين وهو من قبل ذلك (68) النعمة منسلخ ثم قال تيمور
اقسم بالله واياته وكلماته وصفاته وارضه وسماواته
وكل (69) نبي ومعجزاته وولي وكراماته وبراس
نفسه وذاته لين اكل محمد قاوجين احد او شاربه
او

(67) Excidit ذلك ex *Edit. Gol.*

(68) Suspicor legendum النقمة *vindicta.*

(69) Ita recte *MS.* pro بني in *Ed. Gol.* hinc ſubjiciuntur mox المعجزات *miracula*, & ea quidem, quæ النبي, *Propheta*, ad Prophetiam ſuam confirmandam edit, quo nomine diſtinguuntur ab الكرامات, *ſignis*, quæ *a viris ſanctis* nonnunquam proficiſ-

minis, *veluti lac recens*, *habita ratione pellis ejus foetidæ*; ſimul autem, ac in ejus conſpectum venit, juſſit *Muhammedis Cawgjini* veſtes exui, & detrahi veſtes laceras *Harameleci*, dein induit unum veſtibus alterius, cinxitque unum zona alterius, & arceſſivit codices rationarios *Muhammedis*, ejusque procuratores, & præfectos bonorum ejus tam mobilium, quam immobilium, ejusque ſcribas, & obſervavit, quænam eſſent ejus facultates mobiles, & immobiles, animatæ & inanimatæ posſesſiones, ſupellex, familia, domus, clientes, & famuli, tam Arabes, quam Barbari, fundi, agri, horti, prædia, mancipia, adſeclæ, equi, cameli, ſarcinæ, & impedimenta, usque ad uxores, concubinas, pueros & puellas ejus, quæ omnia conceſſit iſti ſordido, *& dies fortunarum Muhammedis in vesperam fuit converſus* [infelix evaſit] *& nocte iſtius vindictæ finitus.* Porro dixit *Timur*: *juro per Deum*, *ejusque ſigna*, *& verba*, *& attributa*, *per terram & coelos ejus*, *per omnem Prophetam*, *ejusque miracula*, *& virum ſanctum*, *ejusque ſigna*, *per ipſam ejus eſſentiam! ſi quis cibum aut potum Muhammedi Cawgjino præbeat*, *eumve habeat pro comite*, *aut amicitiam*

proficiscuntur, etiamſi Propheticam ſibi dignitatem non vindicent. Quod docet *Kaſſæus* apud *Pocock.* ad *Spec. H. Ar.* p. 186. Accurate diſcrimen hoc noſtro in loco obſervatur, quando معجزات *Prophetæ*; كرامات vero, *ſigna*, *Amico* Dei, ſive *viro ſancto*, qualem κατ' ἐξοχὴν ولي *Amicum* appellant, tribui videmus.

او ماشاه او صادقه او صاداه او اوي اليه او اواه او
راجعني في امره او شفع عندي فيه او اشتغل بعذره
لاجعلنه مثله ولاصيرنه مثلة ثم طرده واخرجه وقد سلبه
نعمته (69) واحرجه فصار مسلوب النعم قد حلت به نوايب
النغم وسحبوه بالولق وراي نعمته علي اقل الخلق واتصل
غيره بالخلق وقطع منه العلق فتافغت حبة قلبه اي قلق
واستمر علي ذلك في عيش مر وعمر (70) حالك
وخشي (71) ان نشبه قصته قصبة كعب ابن مالك فكان
يستحلي مرارة الموت ويستبطي اشارة الفوت وكل لحظة
من هذا الحيف اشد عليه من الف ضربة بالسيف فلما مات
تيمور احياه ورد عليه خليل سلطان ما سلبه جده اياه ٭

فصل ٭

(69) *Ed. Gol.* واجرجه, sed rectius *MS.* uti edidi, واحرجه,
idque postulat etiam ὁμοιόπτωσις.

(70) حالك proprie est *obscurum*, *atrum*, unde, quemadmodum in his vocibus fieri solet, ad *miseriam* transfertur. Vid. *Schult. Anim.* p. 139.

(71) Legitur vulgo وحاشي, sensu nullo, pro وخشي *timuit*, quod hic unice quadrat. *Caäbus* autem ille, ad cujus histo-

citiam cum eo contrahat, *colatve*, *aut ad eum divertat*, *eumve bospitio excipiat*, *aut de negotio ejus mecum agat*, *aut pro eo apud me intercedat*, *eumque excusare allaboret*, *simili ratione cum illo agam*, & *exemplum in illo statuam*. Tum eum expulit, ejecitque, fortunisque suis exutum in miseriam conjecit. Evasitque bonis spoliatus, immissis in eum casibus vindictæ, eum huc illuc traxerunt, viditque fortunas suas hominum vilissimo traditas, &, divulgata fortunæ ejus vicissitudine, consuetudinem cum eo abruperunt, & *granum cordis ejus incredibili inquietudine fuit jactatum*, & remansit in isto statu, degens vitam amarulentam, & miserrimam, veritus, ne similis foret casus suus casui *Caäbi Fil. Malechi*; dulcem itaque censebat amaritudinem mortis, nutumque mortis tardum judicabat, & omne momentum hujus miseriæ gravius ipsi erat millenis ictibus gladii; post obitum vero *Timuri* eum in vitam revocavit *Sultan Chalil*, & bona, quæ Avus suus ipsi abstulerat, ei reddidit.

SECTIO

historiam respicitur, idem est, de quo proverbium celebratur, اجود من كعب *Liberalior Caäbo*, qui distributa, quam sibi paraverat, aqua, siti fuit extinctus in deserto, quemadmodum refert *Al-Meidani* apud *Pocock.* ad *Spec.* H. Ar. p. 344. Sensus itaque est, *eum metuisse*, *ne fame sitive moreretur*.



فصل

وكان من ابهته وعظمته وشدة شكيمته وعتوه وحرمته ان ملوك الاطراف وسلاطين الاكناف مع استقلالهم بالخطبة واستبدادهم بالسكة وانفرادهم بالزعامة والرياسة وقيامهم بامور الايالة والسياسة كالشيخ ابراهيم ملك شروان وخواجه علي (75) ابن الطوسي سلطان ولايات خراسان واسفنديار الرومي وابن قرمان ويعقوب بن علي شاه حاكم كرمان وحاكم منتشا وطهرتن امير ارزنجان وسلاطين فارس واذربيجان وملوك الدشت والخطا وتركستان ومرازبة بلخشان ومراجبح مازندران وعلي الجملة فالمطيع من ملوك ايران وتوران كانوا اذ اقدموا عليه وتقدموا بالهدايا والتقادم اليه يجلسون علي اعتاب العبودية والخدمة نحو من مد البصر من سرادقاته قايمين بشرايط الادب والحرمة فاذا اراد

منهم



SECTIO.

Specimen autem gloriæ, & magnificentiæ ejus, & vehementioris fastidii, superbiæ, & majestatis ejus hoc est: reges & sultani regionum circumjacentium, cum plenum haberent jus, ut concio sacra in suo nomine fieret, & iis solis competeret monetam cudere, & soli regnum & principatum gererent, veluti *Sjeich Ibrahim*, rex ditionum *Sjirvani*, & D. *Ali Ibn* [Mouaid] *Ibussæus*, sultan regni *Chorasanæ*, & *Espendiar Rumæus*, & princeps *Caramaniæ*, & *Jacob Fil. Alisjabi*, dominus *Kermaniæ* & *Montasjæ*, & *Tabartan* princeps *Arzengjanæ*, & sultani *Persiæ* & *Aderbigjanæ*, & reges *Destæ*, *Chatayæ*, & *Turkestanæ*, & principes *Balachsani*, & præpositi *Mazenderanenses*, denique, subditi ex regibus *Irani* & *Tourani*, quando ad ipsum accedebant, eique offerebant dona & munera, residebant in liminibus servitutis & famulatus, quantum prospici potest, ferme remoti ab ejus tentoriis, observantes leges civilitatis & reverentiæ; &, quando unum ex iis petebat, ad eum mittebat aliquem cubicularium, aut

(72) Post ابن *margini* adscriptum est المويد.

منهم واحدا ارسل اليه من الفراشين او نحوهم قاصدا (73)
فيهيب ذلك القاصد وهو يعدو كالبريد وينادي ذلك
الواحد باسمه يا فلان من مكان بعيد فينهض في الحال
من مجثاه مجيبا بلبيك لبيك دعواه ويعدوا نحوه متعثرا
في اذياله متلقيا ما برزت به مراسيمه بقبوله واقباله
مطرقا راس التذلل والخضوع مصغيا باذان الخنوع
والخشوع مفتخرا علي اضرابه لكونه اهله ودعاه واعتني
به ، وقيل كان اناس من جماعته يلعبون (74) بالنرد
فافترقوا فرقتين واختلفوا في نقش الكعبتين فقال احد
اللاعبين وراس الامير تيمور كذا وكذا نقش
الكعبتين فرفع يده خصمه ولطمه وسبه ولعنه وشتمه
كانه ذبح يحيي ابن زكريا نبيا او كفر بمحمد او
قدم موسي علي البشر وقال يا ابن الفاعلة والغاسل ابن
الغاسلة بلغ من انتهاكك الحرم وان تذكر الامير
تيمور بشفة اوفم واني لك ان تجعل خدك
موطي مداسه فضلا ان تتعلق براسه
ابه

(73) Appofitisfimum hic loci verbum eft اهاب, quippe quod proprie notat *increpare*, vel etiam voçare *jumentum*, dicendo هاب هاب. Conf. *Pocock.* ad *Carmen Tograi* p. 165.

aut ad eos nuntium, qui vocabat, &, festinans instar cursoris, unum illum nomine suo, *heus talis!* e longinquo evocabat, qui protinus surgebat e loco, ubi flexis genibus consederat, respondens; *ecce promtus adsum ad morem ejus vocationi gerendum*, & ad eum festinabat, hæsitans in syrmate suo, excipiens promte & alacriter mandata ejus, humiliter & submisse caput demittens, aurem reverenter & obsequiose inclinans, eo superbiens, quod se dignum habuerit, quem vocaret, & curaret. Narrant quoque, calculis lusisse nonnullos ex ejus exercitu, inter quos orto dissidio, & controversia de figura talorum, duorum lusorum unus dixit: *per caput Imperatoris Timuri! hæc & hæc est figura utriusque tali*; tum adversarius ejus, elata sua manu, alapam ei inflixit, eumque convitiis & maledictis proscidit, acsi *Johannem Fil. Zachariæ serra diffidisset, aut Mohammedem abnegasset, aut Mosen humano generi præfecisset, dixitque: ó homo vilissime & sordidissime! ad summum pervenit sacrilega Tua impudentia, cum labio aut ore nomen Imperatoris Timuri memoraveris, & undenam Tibi tanta audacia, ut calcandam des genam tuam ejus calceo; multo minus, ut jures per caput ejus? Utique illustrior est, quam ut quis, ut ego, & tu,*

(74) Fuse de hoc *Ludi Orientalis* genere, نرد dicto, egit *Hyde* de *Ludis OO. Lib.* II. qui complectitur *Historiam Nerdiludii.*

انه لاجل (75) من ان يتفوه مثلي ومثلك باسمه او يتلفظ بشيء من حدوده ورسمه وانه لاعظم من كيخسرو وكيكاوس وكيقباد الذين ملكوا المشارق والمغارب وافخم من بختنصر وشداد، وقيل انه قصد في بعض الاوقات الاصطياد وارسل يمنة ويسرة علي العادة طوايف الجيش والاجناد ورسم ان يخرج (77) مشاة تلك الرقاع ورجالة هاتيك القري والبقاع فيمتدوا في الوهاد والبقاع ويخيموا (78) تلتم علي الوحوش حلقة الكبد ويصح ان يتنازع (79) فعلا رمي واصمي كلا من عمرو وزيد لا يسبق احد بضربة ولا طعنة ولا رمية الي صيد بيد

(75) Legitur vulgo لاجل ان. Sed *MS.* recte habet من, quod postulat *forma comparativa* اجل a جل *magnus*, *illustris fuit*, unde utrumque من ان cum Cl. *Schult.* in *Not. Crit.* legendum autumo.

(76) Nomina hæc sunt *trium primorum Regum Persiæ* ex secunda Dynastia *Caianidarum*, de quibus copiose egit *Herbel. Bibl. Or.* p. 235 sqq.

(77) In vocibus مشاة, رجالة, & الرقاع captat figuram ex ancipiti, desumtam a *Ludo Latrunculorum*, cujus *stratum coriaceum*, in quo exercetur, الرقعة audit, unde nunc pro *ipsa* regio-

tu, nomen ejus pronuntiet, aut quicquam proferat, quod ipsum concernat, estque profecto major (76) *Cai Chosroe, & Caikauso, & Caicobado, qui imperium orientis & occidentis tenuerunt, major etiam Nebucadnezare, & Sjeddado.* Ferunt etiam, eum aliquando, quando venatum ire volebat, misisse pro more dextrorsum & sinistrorsum agmina exercitus, & copiarum cum mandato, ut prodirent *viatores* istius *territorii*, & *pedites* istorum tractuum, & sese extenderent per valles & colles, & quando omnes feræ circulo insidiarum essent inclusæ, certumque esset, sibi contraria esse *duo verba jaculis petendi, & prædam occidendi*, nullus ex iis prodiret, ad feriendam prædam gladio, hasta aut jaculo, sed tantummodo feras istius deserti in medios illos campos expellerent. Mox exsecuti sunt

regione, sive *territorio*, ubi *venationi*, seu *ludo* operam daret, ponitur; hinc *incolas* appellat مشاة & رجالة *pedites*, quæ nota sunt in *Ludo Latrunculorum* instrumenta, & alias بيادق appellantur.

(78) Quod in *Ed. Gol.* legitur وجبن تلتبم manifesto corruptum est ex جبن تلتم a لم *collegit* &c.

(79) Ludit, ut sæpius, ex ambiguo. *formulis* ex *Grammatica* petitis, quales sunt فعلا *duo verba*, sed & duæ *actiones*; item عمرو وزيد, quæ nomina ficta sunt, ut apud nos *Cajus* & *Sempronius*, & quoscumque, nunc ab utraque parte positos, designant.

بيد انهم يردون (10) اوابد تلك البيداء الي بهرة ذلك البيد
فامتثل كل ما به امر وجبن صار كالبنيان المرصوص
صف تلك الاحزاب والزمر واحاطت صافات تلك
الكواسر بالوحوش احاطة النجوم بالقمر ماجت بحار
الوحوش في ذلك البر ولم تجد لها من دون تلك
السيول الهامرة من مخرج ولا معبر فدارت ومارت
وخارت وحارت وثارت وبارت واستجارت بعد
ما جارت واستكانت بعد ما زارت وانطوت (11) ارضها
التي طال ما ملبها انتشرت وطرزت خلع اعلامها باعلام
واذا الوحوش حشرت فبينما هي علي تلك الحال في
اشد ما يكون من الاهوال امر بان تضرب الطبول من
كل الجهات وينفخ في صور المزامير والبوقات فدق
الكوس وزعق النفير وامتلات الدنيا من (12) الشهيق
والزفير (13) ورجت الارض رجا ومارت
الاقطار

(10) Senfum turbat, quod vulgo legitur اوايد, corruptum ex اوابد *feræ fugeces, quæ confpectum fugiunt*, ab أبد Hebr. אבר *e confpectu fugit*, hinc *periit* &c. Ceterum regnat in his elegantisfima & auribus *Arabicis* jucundisfima *alliteratio*.

(11) Proprie *complicata fuit earum terra* &c, cujus formulæ gemi-

ſunt omnes ejus mandata, &, quando acies iſtarum cohortium & chororum evaſit, inſtar *fabricæ bene compactæ*, & ambierunt agmina iſtorum venatorum, veluti aquilarum oſſifragarum, feras, quemadmodum ſtellæ lunam ambiunt, feræ per illam *continentem huc illuc fluctuarunt inſtar maris procellis agitati*, nec invenerunt *e vortice illorum fluviorum tumidorum exitum ullum, aut trajectum*, ideoque oberrarunt, & ultro citroque curſitarunt attonitæ conſternatæque, & protectionem implorarunt, poſt editum mugitum, ſeque ſubmiſerunt poſt rugitum, & *terra earum late contraxit, quæ ſuper eam erant diſperſa*, quumque *Attalici panni montium ejus ſignis inſtantis judicii eſſent plumati*, [12] *feræ ſunt congregatæ*, quo in ſtatu dum in vehementiſſimo terrore verſabantur, juſſit undiquaque pulſari tympana, inflari cornu fiſtularum & lituorum; tum, pulſato tympano, & clangente tuba, mundus gemitu & ſuſpirio fuit impletus, & terra vehementer contremuit, & oræ maxima perturbatione fuerunt agitatæ,

gemina eſt illa ex *Cor. Sur.* IX: 26. ضاقت الارض بما رحبت.

[12] *Congregatio ferarum* ex *Cor. Sur.* LXXXI: 5. habetur inter ſigna inſtantis judicii noviſſimi.

[13] الشهيق & الزفير in eo conveniunt, ut ſpeciatim deſignent vocem *rudentis* & quaſi *gementis aſini*, ſed ita differunt, ut illud ejusmodi ſoni initium; hoc vero, finem exprimat.

[14] رجت &c. eſt ex *Cor. Sur.* LVI: 4.

الاقطار هرجا ومرجا وجبن سمعت
السباع صوت الطبول ورات الوحوش
هذا الامر المهول سقطت قواها (85) وتقطعت
كلاها وجثت وما انبعثت ثم تقاربت وتلاءمت
وتقارنت وتضامت وتصورت ان القيامة
قد قامت فاخذها بعضها بعنق
بعض ونامت فعانق الثور منها (86) اللبوة
وضاجع الاسد فيها الظبية
واختفى سرحان بين الغزلان واستجار
الثعلب (87) ببنات الارنب ولاذ بالاروي النعام
والارنب بالعقاب وعاذ الضب بالنون واليربوع بالغراب
فعند ذلك امر الاطفال من اولاده واولاد الامراء واحفاده
ان يرموا ويصموا ويغنوا مهما ارادوا ولا يطنبوا وجعل ينظر
اليهم

(85) *Scisſio renum* nunc ſummum gradum *conſternationis* eleganter adumbrat, non ſecus, ac ſi *ſolo metu medium cor transfixum eſſet.* Ad tympanorum vero ſtrepitum nonnullas feras in furorem ſic agi, ut ſemet ipſa discerpant, tradunt veteres; de *tigridibus Plutarchus Opp.* T. II. p. 144. τὰς δὲ τίγρεις φασὶ περιτυμπανιζομένας ἐκμαίνεσθαι, καὶ διασπᾶν ἑαυτάς.

tatæ, &, quando feræ audiverunt tympanorum ſonum, & viderunt hæc terriculamenta, ceciderunt earum vires, diffindique coeperunt earum renes, & genibus inſederunt, nec reſurrexerunt, tum propius ad ſe invicem acceſſerunt, & ſemet gregatim conjunxerunt, putantes, *diem judicii jam inſtare*, & una ferarum cervicem tenuit alterius, quievitque, atque ex iis taurus amplexus eſt leænam, & leo inter eas recubans dorcadem, delituitque lupus inter capreolos, & vulpes ſe recepit ad prolem leporis, & ad rupicrapas confugit ſtruthiocamelus, & lepus ad aquilam, & lacerta Libyca piſci juncta erat, & mus campeſtris cum corvo. Tunc juſſit filiolos eos, tam ſuos, quam ducum & nepotum ſuorum tela jacere, qui proin conficiebant prædam, & perimebant pro lubitu ſuo, & absque hæſitatione, eosque obſervabat, iisque delectabatur, & in riſum & cachinnos effundebatur propter eorum actiones, & adſuescebat


(86) Mendoſe in *Ed. Gol.* expreſſum للبوة pro البوة, quæ ſyntaxis in ſequentibus, ut par eſt, obtinet. Ceterum eleganter, nec ſine acumine, *geminari* hic videas *Tauros Leænis*, & alia plura animalia, ſibi ceteroquin adverſa, quo tantus inſinuatur eorum fuiſſe metus, ut, poſita feritate, in communi periculo, ſibi nocere quaſi fuerint oblitæ, quin in unam ſocietatem coäluerint.

(87) Aliter duntaxat poſitis punctis Diacriticis legi poteſt بنات *filias* leporis, quod uſitatius de *pecorum fetu*, quam نبات quod de *plantis* magis ſolet frequentari.

السبهم ويتفرج عليهم
ويزهزه لافعالهم ويقهقه
علي احوالهم ويجريهم
علي الاقدام والنضال ويشجعهم
بذلك علي صب الابطال
وجعلت حواشي الجيش
تنجز ما اصموا وتجهز
علي ما انموا وصار ذلك الحبيس
يتبرنم ويبشن

صبد للملوك لرانب وثعالب فاذا
اركبت (11) فصبدي الابطال ؛

فصل ؛




(11) Minus bene *Gol. Ed.* اربت. Eſt vero hic verſus deſumtus ex carmine *Abulolæ* p. 19.

cebat eos audaciæ ac jaculationi, atque ita eos animosos reddebat ad venandos fortiſſimos bellatores, & adſeclæ exercitus colligebant prædam quam ſauciaverant, ſic ut iſte graſſator videretur canere, & recitare hunc verſiculum:

Venantur reges lepores & vulpes,
Ego vero, quando equito, venor ſtrenuos bellatores.

SECTIO






فصل

وكان يحمل اليه البلخش
من بلخشان (٨٩) والفيروزج
من نيسابور (٩٠) وكان يرد
ومعادن خراسان والياقوت
من الهند والالماس منها ومن
السند واللولو من هرمز
والقطيفة (٩١) والحسا والبشم والمسك
وغيره من الخطا ومن سائر الاقطار
خالص الفضة ومصفي النضار .

فصل




(89) *Balausium* gemmariis dicitur *Hyacinthi*, five *Rubini* genus, quod ex montibus *Balachsanæ*, unde nomen etiam accepit, eruitur; de quo videri poteſt *Golius* ad *Alferg*. p. 176; de lapide vero *Turkino*, فيروزج dicto, ibid. p. 189.



SECTIO.

Adferebatur ad eum Balaufium ex *Balachfana*, & *Turcois* gemma e *Nifabur*, *Cazerun*, & fodinis *Chorafanæ*, & Rubinus ex *India*, & ex illa *Sindiaque* Adamas, & Unio ex *Armuzia* [Infula *Ormuz*] & holofericum, & fartura, & Jafpis, & Mufcus aliaque ex *Chataya* ceterisque regionibus argentum defæcatum, & obryfum puriffimum.

SECTIO



(٩٠) كازرون, *Cazerun* nomen eft urbis Perfidis, de qua vid. *Herbelot.* p. 263. & *Gol.* ad *Alferg.* p. 115.

(٩١) Minus bene *Gol. Ed.* والقطيف, quod nomen urbis eft in infula *Bahrein*, *Katifa* vulgo dictæ; legendum enim omnino eft والقطيفة *Holofericum*, & fic quoque *Vatt.* qui recte dedit *le Velox*, & dein *les Tourrures*, adeoque pro vulgato والحسا, quod proxime fubjungitur, fed parum hic quadrat, legit والحشا *fartura*, quæ verior etiam videtur lectio, unde in verfione eam retinui.



فصل ٤

وانشا في سمرقند بساتين عديدة وقصورا شوامخ مشيدة كل ترتيب غريب ووضع انيق عجيب احكم اساسها وطعم (92) فاخر الفواكه غراسها سمي احدها بستان (93) ارم والاخضر زينة الدنيا والاخر جنة الفردوس والاخر بستان الشمال والاخر الجنة العليا ثم انه هدم مصرا وبني في كل بستان منها قصرا وصور في بعض هذه القصور مجالسه واشكال صورته تارة ضاحكة واخري عابسة وهيات مواقعاته وصور محاضراته ومجالس صحبته مع الملوك والامرا والسادات والعلماء والكبراء ومثول السلاطين بين يديه ووفودها بالخدمات من ساير الاقطار اليه وحلق مصايده وكماين مكايده ووقايع الهند والدشت والعجم وصورة انتصاره وكيف انكسر عدوه وانهزم وصورة اولاده واحفاده وامرايه واجناده ومجالس عشرته وكاسات خمرته وسقاة

(92) Leg. potius بافخر. Solet enim cum præpof. ب conſtrui verbum طعم *guſtavit*, unde in II. *Conjug. inſeruit arbori ſurculum*, q. d. *guſtandum ei præbuit.*



SECTIO.

Plantavit quoque *Samarcandæ* complures hortos, & palatia extruxit magnifica, quæ cuncta ordine inuſitato, & pulcritudine prodigioſa firmiter erant conſtructa, & fructus præſtantiſſimos ſurculis eorum inſeruit. Unus ex his hortis nominavit *Aram*, alium *Decus mundi;* alium *Paradiſum*, alium *Hortum Septentrionalem*, alium denique *Hortum ſublimem*. Quando magnam urbem vaſtaverat, in omnibus ejus hortis conſtruebat palatium, & in nonnullis horum palatiorum depingi curabat ſuos conſeſſus, & imagines ſuas, nunc ridibundas, nunc auſteras, & formas conflictuum ſuorum, & obſidionum, & converſationem ſuam cum regibus, principibus, dominis, ſapientibus, & magnatibus, & Sultanos obſequium ſibi deferentes & undiquaque munera ſibi offerentes, & retia ſua venatoria, & inſidias ſuas, & conflictus ſuos *Indicos*, *Deſtenſes* & *Perſicos*, & modum, quo victoriam reportaverit, & qua ratione hoſtis ſuus fuerit profligatus, & in fugam actus, & imaginem filiorum, & nepotum, ducum & militum ſuorum, & convivia ſua publica,

(¹¹) ارم *Hortum* notat, ſpec. celebrem illum *Paradiſum* in *Arabia*, cujus mentio fit *Corano*, ubi nihil ei ſimule creatum dicitur. Conf. ſupra ad p. m. 510. T. 1.

وسقاة كاسه ومطربي ايناسه ونغزلات مقاماته ومقامات تغزلاته وحظايا حضرته (٩٤) وخواتين عصمته الي غير ذلك مما وقع له من صورة حادثة في الممالك مدي عمره المتقارب المتدارك كل ذلك مما وقع ووجد ولم ينقص من ذلك شياء ولم يزد وقصد بذلك الافادة لمن كان في عالم الغيب عن احواله بالشهادة فكان اذا توجه الي مكان وخلت سمرقند من الظلمة واعوان الشيطان تتخلوا تلك البساتين ويتوجه اليها اهل المدينة الاغنياء والمساكين فلا يوجد اعجب متنزها منها ولا احسن ولا اوفق مرتفقا ولا امن واما ثمارها الطيبة فانها مسبلة بحيث انه لا يباع منها قنطار بخردلة، وانشا في ضواحي سمرقند ومعاملاتها قصبات سماهن باسماء كبار البلدان والامهات كمصر (٩٥) ودمشق وبغداد

(94) خواتين a fing. خاتون, *uxor regia*, vox eft *Tatarica*, de qua confer, fis, ad p. m. 436.

(95) مصر generatim notat *urbem* quamcumque *magnam*, cum agro fuo, quemadmodum vocem hanc accipiendam puto in illo انه هدم مصرا p. m. 854. ubi *Vatt.* perperam nomen proprium *urbis Aegyptiacæ*, fed nunquam a *Timuro* vaftatæ retinuit; fæpius autem *Aegyptum* defignat, & non raro *Metropolin ejus*, uti noftro in loco, & in *Excerp. ex Abulf.* de *Saladi-*

no

blica, & pocula vini sui, & pocillatores suos, & citharoedos hilaritatis suæ, & consessus suos amatorios, & concubinas Majestatis suæ, & uxores regias pudicitiæ suæ, & plura alia, quæ sibi nova contigerant in regnis, spatio vitæ suæ, quæ continua serie complectebatur, quicquid unquam novi repertum fuit, nec ex iis quicquam detrahebat, aut exaggerabat, atque in eo hanc intendebat utilitatem, ut, qui res ipsius ignorarent, eas quasi præsentes haberent. Quando foras abierat, & *Samarcandam* reliquerant oppressores, & Custodes Satanici [copiæ *Timuri*] deseruerant illos hortos, urbis cives, tam divites, quam pauperes in iis ambulatum ibant, nec inveniebant secessum præ illis magis admirabilem, aut pulcriorem, nec sedem commodiorem & securiorem; fructus autem eorum suavissimi omnibus erant communes, sic ut eorum vel centum librarum pondus ne granulo quidem sinapi venderetur. Condidit quoque in agris & ditionibus Samarcandæ oppida, quibus nomen dedit magnarum urbium, & Metropolium, veluti *Mesræ*, *Damasci*, *Bagdadi*,

no p. 5. Cum autem diverso tempore non eadem semper urbs manserit, ut factum, quando, loco vastatæ *Memphis*, vetustissimæ illius *Misræ*, *Amrou* urbem condidit, quam *Fustatam* appellavit, explicandus hinc videtur ille *Geographorum OO.* dissensus, quem notavit *Cl. Schultens* in *ind. Geogr.* ad hanc vocem. *Confer. Herbel.* p. 579, ubi inter alia observat: *le mot de Mesr signifie plus specialement sa Capitale*, (loquitur de *Aegypto*) *qui a été nommée successivement*, *Memphis*, *Babylone & le Caire.*

وبغداد وسلطانية وشيراز عرايس البلاد وانشا بستانا في ضواحي سمرقند علي طريق الكش (٩٦) وبني به قصرا سماه تخت قراجا يحكي ان بعض مشيدي عمارته ضاع له فرس واستمرت ترعي في البستان ستة اشهر حتي لقوها ٠



فصل ٬

نساوه الملكة الكبري وهي اقدم واكمل والملكة الصغري وهي احسن واجمل وهما من بنات ملوك الخطا وتومان بنت الامير موسي امير نخشب المار ذكره في اول الكتاب وجلبان كانت كالبدر عند الكمال وكالشمس قبل الزوال قتلها في جناية لشيء بلغه عنها وكان

(96) De oppido *Kesch* Samarcandæ vicino vid. sub initium *Capitis* I. T. I.

dadi, *Sultaniæ*, & *Schirazi*, quæ *ſponſæ ſunt regionum*. Plantavit etiam in *Samarcandæ* campis verſus *Keſch* hortum, in quo exſtruxit palatium, quod appellavit *Tæchto-Karagam* [ſedem Dorcadis.] Ferunt, aliquem ex ejus ædificatoribus, amiſiſſe ſuum equum, (qui per ſex menſes in illo horto paſtum ivit donec repertus fuerit.



S E C T I O.

Uxores habuit Reginam majorem, quæ prima erat, & conſummatiſſima, atque Reginam minorem, quæ pulcerrima erat & venuſtiſſima, ambas filias Regum *Chinæ*, & *Toumanam* filiam Principis *Moſis*, præfecti *Nachsjibi*, cujus in initio ([97]) hujus libri mentio facta eſt, & *Galbanam*, quæ erat inſtar lunæ, quando plena eſt, & inſtar ſolis, ante occaſum. Ipſo adhuc vivo, interfici eam curavit propter delictum aliquod, quod ad ipſum de ea fuerat delatum, nec tamen verum erat, ſed ita cum ea egit ex ſententia illus, qui dixit: *ſive verum ſit*, *ſive*

([97]) Capite nimirum III.

وكان غير واقع وانما فعل ذلك معها لانه قبل

ان صدقا اوكذبا (⁹¹) واظنها كانت من الخطايا وابا السراري والخطايا فالاكثر من ان يحصن فالملكتان المذكورتان سمتهما شان ملك خوفا منهما على خليلها وتومان ارسلها خليل سلطان الى شيخ نور الدين بسغناق كما مر وبعده جاءت الى سمرقند وسمعت انها عزمت في يومنا هذا اعني سنة اربعين وثمان ماية على الحجة (¹⁰⁰) والله تعالي اعلم ٭

فصل ٭




(⁹¹) Omiſſum in *Ed. Gol.* اوكذبا quod habet *MS.* & omnino hic requiritur ad ſententiam perficiendam.

five falsum, pro crimine est, quod in suspicionem veniat.

Pellices autem & concubinæ ejus plures fuerunt, quam ut numerari possint; ambas vero illas reginas modo commemoratas veneno sustulit *Sjadi Mulca*, metuens eas sui *Chalili* causa. Quod ad *Toumanam*, *Sultan Chalil* eam misit *Saganacum* ad *Sjeichum Nureddinum*, ut supra (99) memoriæ est proditum, dein *Samarcandam* rediit; audivi quoque, eam peregrinationem Meccanam, hac nostra ætate, id est, Anno 840, sibi proposuisse quod Deus altissimus optime novit.

SECTIO



(99) Vid. p. m. 588. T. II.

(100) الله علم, formula est recepta, quando relata referunt, quæ num vera sint, in medio relinquunt. Quo usu supra quoque adhibita fuit in fine *Cap.* XLIV. T. I.



فصل ،

اولاد لصلبه المتخلفون من بعده امير الشاه قتله قرا يوسف
وشاه رخ وهو المتملك في يومنا هذا وبنت تدعي سلطان
بخت زوج سليمان شاه كانت مترجلة لاتحب الرجال
وذلك لما اسدها النساء البغداديات قدمن سمرقند ولها
تواريخ سوء، احفاده غالبهم (1) انقرض الا اولاد شاه رخ
وامثلهم اولوغ بيك حاكم سمرقند وابراهيم سلطان
حاكم شيراز وباي سنقر حاكم كرمان ماتا
كلاهما في سنة ثمان تسع وثلاثين وثمان ماية وجوكي
وهو الذي مشي علي اسكندر ابن قرا يوسف (2) وشتت
شمله بعد موت قرا ايلوك وذلك في شهور سنة تسع
وثلاثين وثمان ماية ثم مات في اواخرها .

فصل ،

(1) انقرض *incisa est* familia, ponitur pro *periit*, *extincta est*, nullo superstite. Conf. *Cl. Schult. Orig.* T. II. p. 41.

(2) شتت شمله proprie *dispersit collectionem ejus*, valet *eum & opibus & sedibus exuit*, cujus contrarium est جمع شتاتا *collegit dispersionem* ejus, pro *dissipatas ejus opes instauravit*, unde

SECTIO.

Proprii ejus filii, ipsi superstites, fuerunt *Emiransjah*, quem interfecit *Cara Jouseph*, & *Sjah Ruch*, qui nunc regnat, & *filia*, nomine *Sultan Bacht*, conjux *Solimani Sjabi*, virago, quæ viros non amabat, idque, postquam eam corruperant mulieres *Bagdadenses*, *Samarcandam* adductæ, & de illa turpia narrantur. Ad nepotes ejus quod attinet, maxima pars eorum nullam familiam reliquit, præter filios *Sjahruchi*, quorum præstantissimus est *Ulugbeg*, Præfectus *Samarcandæ*, & *Ibrahimum Sultanum*, Præfectum *Schirazi*, & *Baïsankorum*, Præfectum *Kirmaniæ*, qui ambo mortui sunt Anno 839, & *Gioukeum*, qui adversus *Alexandrum* fil. *Cara-Josephi* expeditionem suscepit, eumque profligavit post mortem *Cara Ilouki*, quod contigit A. 839, dein sub ejus finem ipse mortuus est.

SECTIO

unde apud *Harir*. VI. p. 216 & 218 habes اجمع لكى شتاتا. Minus bene proinde dedit *Vatt. qui a dissipé ses menées.* Ceterum plenius nomen hujus nepotis *Timuri* est *Mohámmed Giouki* apud *Herbel*. p. 884. qui de eo sic scribit, ut appareat, nihil ipsi, præter nudum *Mohammedis* hujus nomen, innotuisse, unde locus hic noster eo magis meretur notari.



فصل ،

امراوه ووزراوه لا يحصون واشهرهم من ذكر في هذا الكتاب، دواوينه الخواجه محمود ابن الشهاب الهروي ومسعود السمناني ومحمد الشاغرجي وتاج الدين السلماني وعلاء الدولة واحمد الطوسي وغيرهم، منشي ديوانيه وهو عبارة عن كاتب السر مولانا شمس الدين قاضي زمانه وفاضل (1) ايانه فارسيا وعربيا يصرف اخبار الانشاء كيف شاء كان قلمه في فتح اقاليمه انفذ من سنان مخدومه ولما مات تيمور احتجب وطوي بساط الادب فقيل له ضحكت البشرة الا تباشر وصفت العشرة فهلا تعاشر فقال ذهب الذي كان يعرف قيمتي فانا لا اذهب في خدمة احدان جرمتني، امامه عبد الجبار بن النعمان المعتزلي، صدور مملكته مولانا قطب الدين

(1) Mendose *Gol. Ed.* ابانه, quæ vox eſt nihili, pro




SECTIO.

Duces & Vezirios habuit innumerabiles, quorum qui fuerunt celebriores, de iis mentio facta est in hoc libro. Senatores ejus fuerunt *D. Mohammed Fil. Sjehabi Ariensis*, *&* *Masaeoud Semananaeus*, & *Mohammed Sjagaragjensis*, & *Tageddinus Selmanaeus*, & *Alaëddoula*, & *Ahmed Toussaeus*, aliique. Scriba ejus aulicus, quæ circumscriptio est Secretarii, fuit Dominus noster *Sjemseddinus*, judex seculi sui, præcellentissimus sui temporis lingua Persica, & Arabica, qui versabatur in relationibus styli elegantioris pro arbitrio; *calamus ejus in exponendis ejus regionibus magis penetrabat*, *quam hastæ Domini ejus*, *Timuri.* Post cujus mortem se subduxit a negotiis, *& complicuit stratum doctrinæ suæ.* Quando ei dicebatur: *rident homines*, *agedum iis adesto! & sedatis omnibus turbis hilaris datur conversatio*, *age itaque*, *societatem inito*, respondit: *obiit*, *qui pretium meum noverat*, *ego autem non perdam venerandam meam ætatem*, *serviendo junioribus dominis.* Antistes ejus fuit *Abdalgabbarus*, Fil. *Noömani*, *Mutazelita.* Præcipui ejus Ministri fuerunt Dominus noster

pro ايـــــاذـــــه *temporis sui*, quod solent alias dicere واحل دهره.

الدين والخواجا عبد الملك
وابن عمه الخواجا عبد
الاول وغيرهم، وتياري قصبة
وتواريخه مولانا عبد،
اطباوه فضل الله وجمال
الدين رئيس الطب بالشام كان وغيرهما (4)
وكان دايما يستعمل
معاجين الاحجار وفي سنة
ذلك يتغنى باكورة الابكار،
منجموه لا يحضرني
اسماوهم،


فصل،



(4) Verbum كان minus apte hoc in loco comparet,

nofter *Cotbeddinus*, & D. *Abdalmelichus*, & filius patrui ejus, *Abdaloula*, aliique. Lector hiftoriarum & annalium ejus fuit Dominus nofter *Abidus*. Ejus medici fuerunt *Fedlallab* & *Gemaleddinus*, qui princeps fuit medicorum in *Syria*, & plures alii. Semper utebatur electuariis lapidum, & in illa fua ætate decerpebat florem virginum. Aftrologorum ejus nomina mihi non fuccurrunt.

SECTIO



ret, adeoque videtur vel delendum, vel ante [illegible] ponendum.

فصل،

حصل في ايام استيلايه بسمرقند من الفقهاء مولانا عبد الملك وهو من اولاد (5) صاحب الهداية كان يلقي (6) الدرس ويعلم الشطرنج والنرد وينظم الشعر في حالة واحدة ونعمان الدين الخوارزمي ابو عبد الجبار المذكور كان يقال له النعمان الثاني وكان اعمي والخواجا عبد الاول ابن عم مولانا عبد الملك انتهت اليه الرياسة في ما وراء النهر بعد ابن عمة ومولانا عصام الدين بن عبد الملك انتهت اليه الرياسة في يومنا هذا بعد ابن عمة عبد الاول، ومن المحققين مولانا سعد الدين التفتازاني توفي في المحرم سنة احدي وتسعين وسبع مائة بسمرقند والسيد الشريف محمد الجرجاني توفي بشيراز، ومن المحدثين الشيخ شمس الدين محمد بن الجزري كان اخذه من الروم وكان قد

(5) صاحب الهداية *Vatt.* perperam vertit: *du Directeur*; auctorem enim libri, hoc titulo celebrati, fic appellant, cujusmodi plures recenset *Herbel.* p. 441. Præcipuus fuit *Borhaneddinus*, qui hoc nomine laudatur in *Enchirid. Studiosi*, quod *Relandus* edidit p. 22.

SECTIO.

Tempore regni ejus *Samarcandæ* Jurisconsulti erant Dominus noster *Abdalmelichus*, filius *auctoris* [libri] *Hedaja*, qui simul poterat exercere studiosos, & observare ludum latrunculorum & calculorum, & carmen componere, & *Noömaneddinus Chouarezmiensis*, pater *Abdalgebbari* laudati, qui *Noömanus alter* dici solebat, & coecus erat, & *D. Aldaloula* fil. patrui Domini nostri *Abdalmelichi*, cui obtigit Præfectura *Transoxianæ* post patruelem suum, & D. noster *Asameddinus* fil. *Abdalmelichi*, ad quem nunc præfectura illa pervenit post patruelem suum *Abdaloulam*. Adsertores veritatis Alcoranicæ fuerunt Dominus noster *Saëddinus*, *Taftazanensis*, qui obiit mense Muharram A. 791, & D. nobilis *Mohammed Garganensis*, *Schirazi* defunctus. Doctores traditionum fuerunt venerabilis *Sjemseddinus Mohammed fil. Gezræi*, quem abduxerat ex *Romania*, in quam ex *Aegypto* fugerat post adventum suum e *Syria* ante turbas bellicas, *Schirazi* defunctus, & Dominus magnus, commenta-

(5) اي يطرح المسايل علي يلقي الدرس *Schol.* explicat: طلبة ويعيدهم id est, *interrogabat studiosos, eosque juvabat.* De *ludo* vero النرد, sive *calculorum*, confer supra ad p. m. 842.

قد هرب اليها من مصر بعد توجهه من بلاد
الشام قبل الفتنة توفي بشيراز والخواجا
الكبير المفسر الحافظ المحدث محمد
الزاهد (7) البخاري فسر القران الكريم في ماية مجلد
توفي بمدينة النبي صلي الله عليه وسلم سنة اثنين وعشرين
وثمان ماية، ومن القراء هما ومولانا فخر الدين ومن
حفاظ القران المجودين قراة وصوتا عبد اللطيف الدامغاني
ومولانا اسد الشريف الحافظ الحسيني ومحمود المحرق
الخوارزمي وجمال الدين احمد الخوارزمي وعبد القادر
المراغي الاستاد في علم الادوار، ومن الوعاظ والمتكلمين
مولانا احمد بن شمس الايمة السرايي كان يقال له ملك
الكلام عربيا وفارسيا وتركيا وكان اعجوبة الزمان
ومولانا احمد الترمذي ومولانا منصور القاغاني، ومن
الكتاب المجودين السيد الخطاط ابن بندكير وعبد
القادر المذكور وتاج الدين
السلماني وغيرهم، ومن المنجمين
اناس

(7) Non confundi debet *Muhammed* hicce *Bocharius* cum celeberrimo illo *Muslemiorum* Doctore, *Abu Abdalla Mohammede*,

mentator, memoria tenens traditiones, *Muhammed Alzabidus Bocharius*, qui *Alcoranum Nobilissimum centum voluminibus explicuit*, *in urbe Prophetæ*, [*Muhammedis Medina*] cui Deus bene precetur, & propitius fit! defunctus A. 822. Lectores fuerunt hi duo, & Dominus noster *Fæchreddinus*, ex iis, qui memoria tenent *Alcoranum* & fcite legunt, ac recitant, *Abdallathifus Damganæus*, & D. N. *Asedalscherifus Albafedh Hassinæus*, & *Mahmud Mubrikus Chouarezmius*, & *Gemaladdinus Ahmed Chouarezmius*, & *Aldalkaderus Maragæus*, qui mufices peritia excellebat. Concionatores & oratores fuerunt D. N. *Ahmed fil. Sjemsalaimæ Serajensis*, qui dicebatur: *rex eloquentiæ Arabicæ*, *Persicæ* & *Turcicæ*, fuitque *miraculum temporis*, & *Ahmed Termidæus*, & *D. N. Manzur Kaganæus.* Scribendi pulcritudine præcelluerunt *Seid Chatatus*, *fil. Bandekiri*, & *Abdalkaderus* laudatus, & *Tageddinus Salmanæus*, aliique. Ex Aftrologis nonnulli floruerunt, quorum nomina me latent, præter

mede, *Bochario*, qui *Sunnam* fcripto tradidit, quod infcribitur الصحيح, quippe diu ante mortuo, Anno nempe *Hegiræ* 256. Vid. *Herbel.* p. 208. & *Pocok.* ad fpec. H. Ar. p. 378, nec *Medinæ*, ut nofter ille, fed in urbe celebri Transoxianæ, *Bocharæ.* الحافظ vero dicitur talis doctor inprimis, qui *traditiones memoria tenet*, ut videre eft apud *Herbel.* p. 416. quem titulum proinde minus dextre *Vatt.* expofuit : *Le Gardien.* Alterum illud الزاهد eum dicit, qui, miffo nuntio rebus mundanis, & voluptatibus etiam licitis, totus Deo & religionis ftudio vacare cenfetur.

الناس (١) بزغوا لا اعرف من اسمايهم
فمنهم مولانا احمد الطبيب
النحاس المستخرج قال لي
استخرجت من زايجة الطالع اني
ماتي سنه وكان هذا الكلام في سنة
ثمان وثمان ماية، ومن الصواغين الحاج
علي الشيرازي والحاج محمد الحافظ
الشيرازي وغيرهما، ومن الحكاكين طايفة
جمة وامثلهم التون وكان اية في فنه
ينقش الفصوص ويحفر اليشم والعقيق (٢) بخط اليزدي
احسن من ياقوت، ومن الشطرنجيين محمد
بن عقيل الخيمي وزين اليزدي
وغيرهما وعلامة ذلك علاء الدين التبريزي
الفقيه المحدث كان يحط لزين اليزدي بيدقا
ويغلبه ولابن عقيل فرسا
ويركبه ولقد داخ تيمور الاقاليم شرقا وغربا وقمر
في

(¹) Pro بزغوا a بزغ *ortus fuit, prodiit,* spec. *sol* alia L. habet برعوا a برع *ingenio & sollertia polluit.*

præter D. N. *Ahmedem Althabibum*, *Alnabbasum Mostæchrigum*, qui mihi dixit: *ego composui tabulas Astrologicas usque ad annum ducentesimum;* hoc autem dixit A. 808. Aurifabri fuerunt *Alhagh Ali Schirazensis*, & *Alhagh Mohammed Alhafed Schirazensis*, aliique. Politores gemmarum fuerunt magna copia, quorum præstantissimus fuit *Altun*, miraculum artis, qui gemmas variis figuris ornabat, & *charactere Jezdensi* pulcrius exsculpebat Jaspidem & Onychem, quam *Jakutus*. Latrunculorum lusores fuerunt *Mohammed Ben Akil Alchimæus*, & *Zeinal Jesdensis*, aliique; peritissimus vero ejus ludi erat *Alaëddinus Tebrizensis*, Jurisconsultus traditioni innitens, qui concedebat *Zeinal Jezdensi* peditem, eumque superabat, & *Ibn Akilo* equum, eumque vincebat. *Timur* certe, qui subjugavit regionis orientales, & occidentales, atque vicit omnem Sultanum in *Campo* conflictuum suorum, qui ad incitas redegit omnem *Regem* serio

(9) يزديّ nomen gentile est a يزد urbe *Persidis*, cujus *panni bombycini* plurimum celebrantur. Conf. *Herbel.* p. 484. ياقوت vero, quod alias *Rubinum* notat, nunc accipiendum autumo, tanquam nomen proprium viri illius, qui, ad majorem scripturæ venustatem, peculiare Arabice scribendi genus excogitavit, quod ab hoc suo Auctore ياقوتي *Jakuti* appellatur, de quo videri potest *Erpen. Gramat. Arab.* p. 7.

في (١٥) دست مصاداته كل سلطان وكل شاه مات
عنده جدا ولعبا وكان يقول له انت في ملك الشطرنج
فريد كما اني في سياسة الملك وحيد وكل مني
ومن مولانا علي شيخ في فنه ذو كرامات لم يوجد له
نديد واه في لعب (١٦) الشطرنج وعلم مناصبه شرح وما
كان احد يقدر ان ينتج ولا فكره في لعبه معه من
غير طرح وكان فقيها شافعيا محدثا اريحيا حسن
البهجة صادق اللهجة حكي لي انه راي امير المومنين
عليا (١٧) كرم الله وجهه في المنام وانه ناوله الشطرنج
في كيس فلم يغلبه احد بعد ذلك من
الانام

(١٥) *Ed. Gol.* دشت, ſed *MSS.* دست; quod perinde eſt, nam unum pro altero ponitur; noſtro tamen ſolet eſſe دست, ut in loco gemino p. 596. ولعب بـه فـي دسـت جلده ubi conf. quæ notavi; alludit nimirum hac voce, quæ *campum* notat, ſive *planitiem*, ad ipſam *Tabulam*, in qua *ludus Schachicus* luditur, & quæ ob aliquam ſimilitudinem aliquando دست, vel دشت, appellatur. Simile *Ambiguum* obtinet in proximo شاه مات *Schahmat*, quemadmodum dicere ſolent, quando *Rex Ludicrus debilitatus* & ad *incitas redactus* eſt: hoc enim notat Perſica vox مات, quæ plane convenit cum Belgica noſtra

serio pariter, ac *ludo*, dicebat illi: *Tu neminem habes secundum in regno ludi latrunculorum, ut ego neminem in imperio, & tam ego, quam Dominus noster Ali Scheich in suo genere miracula edit; cui qui par sit, non reperitur.* Auctor est *Commentarii* de *ludo latrunculorum, & eorum collocatione.* Nemo poterat divinare ejus intentionem in ludendo cum ipso, antequam moveret. Erat autem *Jurisconsultus Schafæus, Eribensis,* elegantissimus, sermone liberalis. Narravit mihi: *se vidisse imperatorem fidelium Alijum, cujus faciem gloriosam reddat Deus! in somnio, eumque sibi tradidisse latrunculorum lusum in crumena, nec ab eo tempore se ab ullo mortalium fuisse superatum.* Ex dotibus ejus in ludendo erat, quod non meditare-

nostra *matten, asmatten.* Conf. *Hyde* de *ludis OO.* p. 58. & 148 sqq.

(11) Minus dextre *Interpres Gallus* hæc vertit: *Il avoit en ce Jeu une science, & une addresse toute particuliere;* namque vox شرح admonet, *commentarium de hoc ludo* intelligendum esse. Laudatur certe *Aläeddini* hujus *Commentarius* de *Ludo Shatrangi* ab *Hydio* p. 183. منصوب vero, cujus *plur.* مناصيب hic habemus, notat *thema,* sive *situm lusus.* vid. ibidem p. 154.

(12) كرم الله وجهه, *cujus faciem Deus honoret,* solennis formula benedictionis est, quæ nomini *Aliji*, generi *Mohammedis* subjicitur. Exemplum habes apud *Abulf.* vit. *Moham.* p. 129. Conf. *Herbelot.* p. 95.

الانام وممن اوصاده في لعبه انه كان لا يتفكر وبمجرد
ما يلعب خصمه بعد التفكر والتامل الطويل ينقل من غير
ان يتدبر وكان يلعب علي (13) الغالب مع خصمين ويعلم
مع الطرح لمن هو في جهته علي الجهتين وكان يلعب هو
والامير بالشطرنج الكبير ورايت عنده شطرنجا مدورا
وشطرنجا طويلا والشطرنج الكبير فيه من الزوايد ما
مر ذكره وطريقة تعلمه بالفعل اقوي ولبس في شرحه
بالقول كثير جدوي، وممن المطربين عبد القادر
المراغي المذكور وولده صفي الدين وختنه نشرين وقطب
الموصلي واردشير (14) الجنكي وغيرهم، وممن النقاشين
كثير واعلامهم عبد الحي البغدادي (15)
وممن المسجرية شهاب الدين احمد الزردكاشي،
وممن نقاشي الزجاج والنحاس
وغيرهم ما لا يحصي وهولاء
كل

(13) Mendofe in *Gol. Ed.* proftat علي الغايب, *Ali ludebat abfens*, quod turbat, pro علي الغالب *Ali victoriofus*, qui nunquam in ludo fuccumberet.

(14) Vid. p. m. 798.

(15) *Abdelcaderi* hujus, &, qui mox fequitur, *Alkotbii*, mentio fupra quoque facta fuit p. m. 512, & 514.

ditaretur, &, ſimul atque luderet ejus adverſarius poſt meditationem, & longam moram, absque deliberatione moveret [imaginem ludicram]; ludebat Ali ille victor cum duobus ſimul adverſariis, & monſtrabat, cum moveret, qualis eſſet ſolus adverſus duos. Ludere ſolebat cum imperatore [*Timuro*] ludo Schahcico magno, vidique apud eum ludum Schacchicum Rotundum, & Longum. Ludus Scacchicus magnus auctus eſt, ([14]) de quo ſupra, ejusque ratio ipſa praxi optime addiſcitur, nec ejus expoſitio ſermonis ope multum haberet utilitatis. Muſici fuerunt ([15]) *Abdalcader Maragæus*, ſupra laudatus, ejusque filius *Saphieddinus*, & gener ejus *Naſchrinus*, & *Alkotbus Mouſilenſis*, & *Ardeſchir Algenki*, aliique. Pictores habuit plurimos, quorum princeps cenſebatur *Abdalhijus Bagdadenſis*. Arboratores fuerunt *Sjehabeddinus Ahmed Zerdecaſjeus*. Sculptores vitri, æris, & aliarum rerum fuerunt innumerabiles, quorum unusquisque fuit peritiſſimus ſæculi ſui, & inſtar omnium in

([16]) Cognomen hoc الجنكي *Perſicum*, ſive etiam *Turcicum* eſt, atque *Citharoedum* notat.

([17]) Verba وكان عاني في فنه واعجوبة عصره, quæ in *Edit. Gol.* leguntur poſt البغدادي, in *MS. Gol.* hic loci non reperiuntur, ſed paulo infra locum ſuum occupant, ubi *Kafia*, ſive Rythmus, vocis دهره ea demum poſtulat.

كل منهم كان علامة دهره وكان عاني في فنة واعجوبة عصره ولو رصعت حلي الالفاظ بجواهر اوصاف هولاء الاعيان لملات الاكوان من فرايد الجمان وقلايد العقيان، وهولاء من حضرني ذكر من اعرفه واما من لا اعرفه او اعرفه ولا يحضرني ذكره فاكثر من ان يحصي واغزر من ان يستقصي، وحاصل الامر ان تيمور كان جني علي كل حي وجبا الي سمرقند ثمرات كل شيء فكان بها في كل فن عجيب واسلوب من الصنايع غريب من هو (11) علي جبين الفضل شامة وبرز علي اقرانه فصار في فنه علامة .

فصل ،



(11) Ad verbum fonat, *qui fuper facie præftantiæ effet* شامة id eft *nævus*, fpeciatim *faciei*, isque fere *rotundior* ac *nigrior*, qualis pulcritudini nativæ gratiam addere cenfetur; *Perfæ* eum appellant بسك item خال, ad quam vocem conf. *Menynsk.*

in arte sua, atque miraculum temporis sui. *Quod si contexerentur monilia orationum margaritis dotium horum virorum principum, sane implerentur præstantissimis unionibus, & torquibus auri purissimi.* Et hi quidem sunt, qui mihi cogniti in mentem mihi veniunt, sed, quos non cognovi, aut qui cogniti nunc tamen non succurrunt, longe plures sunt, quam ut numerari, & copiosiores, quam ut omnes recenseri possint. Verbo ut dicam, decerpsit *Timur* undique, & collegit *Samarcandam* fructus omnis rei, quæ proinde habuit in omni arte admirabili, & opificio rariori, qui scientia insigniori excelleret, & super æmulos suos illustris in arte sua pro signo esset.

SECTIO



nynsk. Ex istiusmodi *nævo in facie*, *Manzurum* agnoscebat *Timur*, supra p. m. 192. T. 1. Hinc jam ultro transfertur ad viros insigniores, quos natura, veluti signo quodam impresso, distinxerit, unde شيمة ipsam *indolem* solet designare.



فصل ٠

وكان في سمرقند انسان يسمي بشيخ العريان فقبر ادهي بشكل بهي وعزم سمي قبل ان عمره علي ما هو فيهم شايع وبين اكابرهم واصاغرهم ذايع ثلاث ماية وخمسون سنة مع ان قامته مستوية وهيته حسنة كان المشايخ الهرمون والاكابر المعمرون يقولون لقد كنا ونحن اطفال نري هذا الرجل علي هذا الحال وكذلك يروي عن ابائنا الاكرمين ومشايخنا الاقدمين ناقلين ذلك كذلك عن ابايهم والمعمرين من كبرايهم وكان اطلس ولة قوة ناهضة وحدة من رءاه يتصور ان لم يبلغ (٢٥) اشده لم يكن للكبر بوجهه تجعيد ولا اثر وكان الامراء والكبراء والاعيان والصلحاء والفضلاء والروساء يترددون الي زاويته ويتبركون بطلعته ويلتمسون بركة دعوته ٠ وفي سمرقند مسجد يسمي مسجد الرباط يهب لمن يدخله الانشراح والانبساط والروح والنشاط وقبل

(25) اشد, quod alias *duriorem*, *vehementiorem*, nunc notat *ætatem adultam*, quæ fere cenfetur *triginta annorum*, quem vocis



SECTIO.

Fuit aliquis *Samarcandæ*, nomine *Sjeich Alarian*, Monachus *Adhameüs*, forma venuſta, animoque excelſo, cujus ætas, ſecundum communem famam inter maximos & minimos eorum divulgatam, dicitur 350 annorum, etſi recta eſſet ejus ſtatura, & facies ejus pulcherrima; ſeniores decrepiti, & maxime grandævi dicebant: *utique nos, parvuli adhuc, vidimus virum hunc eodem hoc ſtatu, & idem accepimus a patribus noſtris honoratiſſimis, & ſenioribus nobiliſſimis, qui idem narrabant ſuis patribus, & majoribus ſuis grandævis.* Niger erat, tantoque robore & vehementia, ut, qui eum videret, putaret, eum nondum ad adultam ſuam ætatem perveniſſe. Non habebat præ ſenectute rugas in facie, nec veſtigia impreſſa. Principes, magnates, proceres, viri probi, docti, & præcipui frequenter eum viſitabant in cella ſua, & benedicebant ejus adſpectui, ac flagitabant felicitatem benedictionis ejus. Fuit quoque *Samarcandæ* Templum, nomine *Almesgid-alribat*, quod recreabat intrantes hilaritate, atque animi alacritate afficiebat. Unus ſtructorum

vocis hujus uſum confirmat locus plane geminus *Corani Sur.* XLVI: 15. حتى اذا بلغ اشده وبلغ اربعين سنة *donec perveniat ad firmiorem ſuam ætatem, & dein ad quadraginta annos.* Eandem formulam reperies quoque *Sur.* XII: 23.

وقيل ان احد فعلته كان وليا يسمي الشيخ زكريا
هو معتقد تلك البلاد ومزاره في مكان مشهور علي
طود من الأطواد وقبره يستجاب عنده الدعا وهو عن
سمرقند نحو يوم في المدا وهو (20) بالكرامات موصوف
وفي كرخ هذه المقامات معروف وهو في (21) ربوة
ذات قرار فيه جنات تجري من تحتها الأنهار محفوف
باليمن والأنس كانه اقتطع من (22) حظيرة القدس ،
يحكي انه لما كان فاعلا في ذلك البنيان وقع في
جبهته نقطة من الطين فراي ذلك احد المباشرين واستمر
ذلك الطين علي هذه الحال نحو من ثلاث ليال فلما
ارادوا وضع المحراب وقع الاختلاف في الخطاء والصواب
وكثر في ذلك الصخب والاضطراب فقال الشيخ زكريا
ضعوا

(20) Ita recte *MS.* pro بالكرمات in *Ed. Gol.* Quod autem ſequitur كرخ, locus eſt celebris in urbe *Bagdad*, quem optime exponit *Herbel.* p. 256. his verbis: *Fauxbourg, ou partie Occidentale de la ville de Bagdet, dans la quelle Almanſor, ſecond Khalife de la race des Abbaſides, qui l'avoit fait batir, fit transferer le marché, qui ſe tenoit autour ſon Palais Imperial, pour éloigner de lui le bas peuple, & le concours de la canaille.* Dein ſubjicit idem Litteraturæ Orientalis promus condus, vocem *Carkh* ab auctoribus OO. poni pro quovis *foro celebrio-*

rum ejus dicitur fuiſſe vir ſanctus [Amicus Dei] nomine *Sjeich Zacharia*, oraculum iſtarum regionum, cujus monumentum eſt in loco ſatis noto ſuper montem aliquem, & precatio penes ſepulcrum ejus cenſetur exaudiri. *Samarcanda* diei circiter ſpatio diſtat, & miraculorum fama laudatur, atque ceu forum horum confesſuum celebratur. Situm eſt *in colle ſtabili*, in quo ſunt *horti, ſub quibus fluunt fluvii*, a dextra & ſiniſtra parte opertum, acſi pars eſſet reſecta de præcipuo *Paradiſi* loco. Narrant, quando eſſet occupatus in iſta ædificatione, cecidiſſe in faciem ejus guttulam lutulentam, quam viderit aliquis præfectorum, eamque manſiſſe in eo ſtatu per triduum; cum autem vellent ſuggeſtum ponere, &, orta diſſenſione de juſto loco, multus ea de cauſa excitaretur ſtrepitus & tumultus, dixit *Sjeich Zacharia: ponite ſuggeſtum in hoc latere, nec inde deflectite*

celebriori, qui uſus in noſtrum locum inprimis quadrat. *Scholiaſtes* autem inter alia hæc adſcripſit: في هذه الكلامات اشارة الي معروف الكرخي الذي يعد عند الاسلام من الاولياء الكبار واهل المقامات والكرامات id eſt, *alluditur his verbis ad notum quendam Karchenſem, qui in Islamismo numeratur inter ſanctosmagnos, & viros dignitate, atque virtute miraculoſa conſpicuos.*

(21) Formula eſt ex *Corano* ربوة ذات قرار, quæ habetur *Sur.* XXIII: 52. uti quoque tritisſimum illud تجري &c.

(22) Mendoſe حضيرة *Ed. Gol.* pro حظيرة, quemadmodum legendum eſſe apparet vel ex addito القدس, quando notare ſolet *præcipuum Paradiſi* locum, uti ſupra p. m. 102. T. I.

ضعوا المحراب على هذه الفقرة ولا تعدلوا عنها يمنة ولا يسرة فقال ذلك المباشر لمن في ذلك المكان حاضر يا للعجيبة والغضبة الغريبة رجل لم يغسل وجهه ثلثة ايام يرشد الناس الى معالم الاسلام فقال ذلك العابد الزاهد اورجل هو من لم يتم ثلاثة ايام بوضوء واحد ولكن تعال ايها الجاحد قف مكانك وثبت جنانك ولا تكن ممن انكر وتولي وانظر الى عروس (23) الكعبة كيف تجلي فنظر ذلك الذي انكر فاذا الكعبة (24) المعظمة امامة تتبختر ثم التفتوا الى الشيخ ففقدوه وطلبوه ارضا وسماء فلم يجدوه ، وهذا المسجد فيه شيء عجيب عدة (25) اسطوانات من خشب من جملتها سارية شمخت ارتفاعا نحو من خمسة عشر ذراعا وغلظ جسمها وبدنها فلا يقدر الرجل يحتضنها

(23) Mendose *Gol. Ed.* الكمبة pro الكعبة, quod est in *MS.* & κατ᾽ ἐξοχὴν *Templum Meccanum* notat, a *forma quadrata* sic dictum, quorsum Antistes, qui sacram precationem in المحراب, sive *suggesto*, præit, respicere debet, quam cum *sponsa*, quæ ceteroquin post *velum latet*, comparat, de qua, quando

te dextrorsum, *aut sinistrorsum*; tum dixit præfectus ille iis, qui ibi aderant: *ó res prodigiosa*, *& casus inusitatus; homo*, *qui faciem suam per tres dies non lavavit*, *viam hominibus monstrabit ad signa religionis Mohammedicæ*; respondit autem cultor ille Dei religiosus: *an ullus vivit*, *qui tribus diebus ne semel quidem lavet? verum accede*, *ó improbe! exspecta paulisper*, *& tranquillum redde animum tuum*, *nec esto de eorum numero*, *qui abnegant* [veritatem] *& se* [ab ea] *avertunt*, *& adspice Aedem Meccanam*, *quomodo*, *ceu sponsa*, *se spectandam præbeat*; tum attendit iste incredulus, & ecce Aedes Meccana honorata e regione ejus huc illuc movere se videbatur, mox autem, quando respiciebant *Sjeichum*, eum desiderarunt, eumque per terram & coelum quæsiverunt, sed non invenerunt. Est in hoc Templo aliquid admirabile, nimirum complures columnæ ligneæ, quarum una præ ceteris alta est quindecim circiter cubitos, & tam crassa, ut medium ejus corpus a nemine circumdari possit; reliquæ vero circumdari


do sponso se primum conspiciendam præbet, verbum جلي speciatim usurpari solet.

([24]) Epitheton hoc المعظمة *Caäbæ*, sive *Templi Meccani*, quod habet *MS.* excidit in *Ed. Gol.*

([25]) Mendose *Gol. Ed.* استونات pro اسطوانات, ut est in *MS.* quod *Columnas* notat a *Persico* اسطون *Estoun*, *Columna*, *Porticus columnis fulta*, sit ut idem sic cum *Græcorum* στοά.

يحتضنها وباقي السوار بها قد (26) حطن قبل انها شجرة
قطن ولها خاصية عجيبة ظريفة غريبة من كان به وجع
الضرس يضع عليه مقدار حبة من خشب ذلك البرس فانه
ينفعه ويسكن في الحال وجعه جربته فصح ويسال من
يدعي روية سمرقند عما راي فيه من العجايب وشاهده
من علامات الظرف والغرايب فان اخبر بروية هذه السارية
الفايقة كانت روياه صادقة واعتد له بصدق الكلام والا
كانت رويته (27) اضغاث احلام ٠


فصل ٤



(26) Verbum حطن cæteroquin non eſt in uſu, poſitumque videtur pro cognato حضن *ulnis amplexus fuit*, cujus octava Conjugatio modo præceſſit, ut per *ὁμοιόπτωσιν*, quæ hic regnat, reſpondeat ſequenti voci قطن.

dari possunt. Fertur ea fuisse arbor Gossypina, eique tribuitur mira, eximia, rara proprietas, ut vel minima particula de ligno istius Gossypii denti, qui doleat, applicata medicinam adferat, ejusque dolor protinus quiescat, quod expertus sum, & probatum est. Interrogari solet, qui dicit, se vidisse *Samarcandam*, de rebus mirabilibus, quæ ibi viderit, & quænam miracula elegantiæ, & rariora conspexerit, si affirmet, se vidisse hanc columnam præcellentem, visio ejus est vera, eique fides adhibetur, sin minus; quæ vidit, *sunt confusa somnia.*

SECTIO



(87) اضغاث احلام formula est ex *Corano Sura Joseph*, sive XII: 44.



فصل ،

سمرقند ليس فيها كيل ولا صاع يصان ولا يجري على جنس المكيلات فيها بالكيل حسبان وانما معرفة حساب ذلك عندهم بالميزان (²⁸) ورطل سمرقند اربعون اوقية كل اوقية بالمثاقيل مائة فيكون رطلهم اربعة الاف مثقال كل مثقال درهم ونصف من غير زيادة ولا اخلال فعلي هذا رطلهم بالدمشقي عشرة ارطال. حكي لي مولانا محمود الحافظ المحرق الخوارزمي وسمي بالمحرق لان سهام ترجيعاته كانت تصيب حبات حشاشات ان ترمي وتفوق رنات اوتارها نحو اذان القلوب فيصمي طايرها ولا ينمي فانصدعت من القلوب حجر الطار من اقتداحها في الارواح شررا فيحرق برناته الارواح ويشعل بنغماته الاشباح قال استصحبني تيمور في

(²⁸) Conf. quæ de *libra*, رطل, *Samarcandæ* ufitata fupra obfervavit auctor p. m. 544. Vox vero اوقية, *Oukıa*, peregrina



SECTIO.

S*amarcandæ* nihil admetiuntur, fed omnia ponderant bilance, libra vero Samarcandica valet quadraginta uncias, quarum unaquæque eft centum fesquidrachmarum; facit itaque libra eorum 4000 fesquidrachmas, quarum quælibet valet drachmam cum dimidia, nec plus nec minus; adeoque hæc libra eorum valet decem Damascenas. Narravit mihi Dominus nofter *Mahmud Albafidh Almohrek*, *Choarezmius*, qui *Almohrek* [qui comburit] fuit dictus, quoniam *fagittæ recitationum ejus penetrabant intima cordium; quando jaculabatur, & foni nervorum earum aures cordium circumfonabant, illa, veluti volucrem, quæ in ipfo loco, ubi perfoffa eft, occumbit, percutiebat, &, findebatur cordium faxum, ex quorum percuffione ignem evocante volare faciebat fcintillas in fpiritus, atque ita fonis fuis incendebat fpiritus, & modulationibus vocis fuæ corpora inflammabat;* [nimirum] dixit: *in quodam fuo itinere Timur me focium fuum effe voluit, totoque die ac*

grina eft, & ab *Arabibus* ex *Græco* οὐγκία in fuum fermonem translata. De ejus valore confuli poteft *Caftelli Lex. Heptaglotton.*

وفي بعض اسفاره فكنت ملازم خدمته في ليله ونهاره
فنزلت عساكره علي حصن لحصاره وضرب خيمته علي
مكان عال ليشرف منه علي القتال ويتفرج في صنع
الرجال ففي بعض الزمان حضرت عنده انا ورجلان
وكان قد حصل له حمي اورثته كربا وغما وكانت
سماء النزال [29] ذات حبك واحتباك ورماح القتال في
التواء واشتباك فاراد ان يطالع احوالهم ويشاهد افعالهم
وافرطت شهوته في ذلك العزمة فقال احملوني الي باب
الخيمة فدخل ذلك الرجلان تحت ابطيه واوقفاه بباب
الخيمة وانا بين يديه وجعل يشاهد حربهم ويتميز طعنهم
وضربهم ثم اراد ان يامرهم بشيء فقال يا محمود الي
فاسرعت الي يده ودخلت تحت عضده فارسل احد الرجلين
الي عسكره يامرهم بما عن له من [30] عجره وبجره
فكانه لم يبرء عليلا ولم يسر غليلا فقال لنا [31]
دعاني وعلي الارض ضعاني فوضعناه فسقط كانه رمة
بالية

[29] Alludit ad phrasin *Corani*, quæ habetur *Sur.* LI: 7. السماء ذات الحبك *coelum valide confertum* & *compaginatum*, five *præditum femitis fiderum*, veluti *ftriis*. Notat autem حبك, quod idem eft ac *Hebr.* חבק, proprie *plexuit*, *conferuit*, unde nunc, quemadmodum لحم, & ipfum Latinorum *conferere*, ad *pugnam acriorem*, ubi manus *conferuntur*, transfertur.

ac nocte adſiduus ejus famulus fui, quando autem exercitus ejus caſtra poſuerant ad obſidendam aliquam arcem, & Tentorium ſuum fixerat in loco quodam ſublimiori, e quo pugnam obſervare poſſet, quo ſpectaculo ſe recreabat, quodam tempore ipſi adfui cum duobus aliis, quando febrim habebat, quæ eum adfligebat, ac dolore adficiebat, eratque certamen, ceu coelum valide conſertum, haſtæque concertationis ſibi invicem implicabantur, & inter ſe permiſcebantur. Cum autem vellet obſervare ſtatum eorum, & ſpectare, actiones eorum, ejusque cupiditas in vehementiori iſto appetitu modum excederet, dixit: portate me ad portam tentorii. Tum duo illi viri eum ſub axillis ſuis ſuffulcientes eum ſuſtinuerunt in porta tentorii, & ego ipſi præſto eram. Tum coepit obſervare pugnam eorum, & diſcernere ictus quos haſtis & gladiis inferebant, cupiensque mandatum aliquod iis dare, dixit: heus Mahmoud! accede ad me; protinusque ad eum acceſſi, eumque ſuffulſi; mox miſit unum ex duobus illis ad milites ſuos, ut ad eos, quicquid ipſi mandaverat, deferret. Nondum autem a morbo ſuo convaluerat, nec ſitim [uno illo miſſo] *expleverat, adeoque dixit nobis:*

([30]) عجره وبجره amant conjungi ad exprimendum *univerſum* alicujus ſtatum, aut *negotium*, quod *patet* & *latet*; pro eo mox ponitur ما اقتضته اراوه; notat autem proprie عجرة *tumorem* qualemcumque *prominentem*, quemadmodum بجرة ſpec. *tumorem*, ſive *herniam umbilicalem*. Confer uſum hujus formulæ ſupra p. m. 290 & 334. T. I.

([31]) Ita recte *MS.* pro لبا in *Ed. Gol.*

بالبة او (32) لحمة علي بارية ثم ارسل ذلك الرجل الاخر
اليهم وامرهم بما اقتضته اراوه واكن عليهم فبقيت انا وهو
وحدنا لم يبق احد عندنا فقال لي يا مولانا
محمود انظر الي ضعف بنيتي وقلة حيلتي لا يد لي تقبض
ولا رجل تركض ولو رماني الناس هلكت ولو
تركوني وحالي ارتبكت لا املك لنفسي نفعا ولا ضرا
ولا اجلب خيرا ولا ادفع شرا ثم تامل كيف سخر الله
تعالي لي العباد ويسر لي فتح مغلقات البلاد وملا برعبي
الخافقين واطار هيبتي في المغربين
والمشرقين واذل لي الملوك
والجبابرة واهان بين يدي الاكاسرة والقياصرة
وهل هذه الافعال الا افعاله وهذه الاعمال الا اعماله
ومن هو انا غير سطيح ذي فاقة لا باب لي في
الدخول الي هذه الافعال ولا طاقة ثم بكي
وابكاني حتي ملات بالدموع
اردانبي فانظر الي هذا (33) الوبر كيف
سلكه

(32) لحمة *frustrum carnis* speciatim illud notat, quod *acci-*

pitri

nobis: missum me facite, meque humi deponite; quod fecimus, ceciditque, veluti frustum funis detriti, aut carnis super stoream. Dein misit alterum illum virum ad eos, iisque mandavit, quod consilium suum exigebat, eosque incitavit. Tum, quando soli relicti fuimus, ego, & ille, nec quisquam apud nos reliquus fuit, dixit mihi: o Domine noster Mahmoud! adspice constitutionis meæ debilitatem, & virium mearum tenuitatem; non manus mihi est, quæ apprehendat, nec pes, qui currat; si me abjician homines, pereo, & si me, statumque meum missum faciant, expedire me non possum, nec ipse mihi bene nec male facere, nec bonum adducere, nec malum probibere, hinc tecum cogita, quomodo Deus Altissimus homines mihi subjecerit, facilemque mihi reddiderit apertionem portarum occlusarum Regionum, meoque terrore impleverit utrumque Horizontem, & per orientem & occidentem volare fecerit meam formidinem, mihique subjecerit reges, & præpotentes tyrannos, & coram me Cosroes atque Cæsares humiliaverit. Hæc autem cujus opera sunt, nisi ipsius? & cujusnam hæ res gestæ, nisi ipsius? Quisnam etenim ego sum, nisi impotens egenus, cui nec aditus patebat, nec vires erant ad hæc efficienda? Dein flevit, & mihi quoque lacrymas elicuit, sic ut iis manicæ meæ fuerint impletæ. Vide itaque, quomodo hicce vilis suo sermone secutus

pitri post prædam allatam præmii loco, sive instar honorarii cujusdam, objicitur.

(33) Phrasis est *Corani.* Vid. *Sur.* xxv: 3.

سلك بهذا القول مسلك القايلين (34) بالجبر وانشدوا
فيه (35) بالفارسي بيتين وهما

ببم تني ملك جهانرا كرفت
چشم كشا قدرت يزدان ببين .
پاي نه وتخت بزير قدم
دست نه وملك بزير نكين .

ترجمته فقلت (36) دوبيت

قد اظهر قدره بخافي حكمه
من ملك شفا الدنا جافي قسمه .
لا كف له والملك في خاتمه
لا رجل له والتخت موطي قدمه .

فصل

(34) Longius hic aberravit *Interpres Gallus*, quando dedit: *voyez, comme cet impie fut lui même reduit à faire sur sa vie en ce discours les reflexions des plus graves censeurs.* Nam in alia omnia abit ipsius dicentis sensus, qui, non nisi ex recte intellecta vi vocis الجبر, observari potest. Respicit nimirum ad sententiam *Gabriorum*, qui sectam constituunt apud *Muhammedanos*, *Kadariis* contrariam, & omnes hominum actiones ad decre-

tus fuerit sententiam sectæ Gabriorum; *& de ipso recitantur duo hæc disticha Persica*, quæ verti [in sermonem Arabicum] carmine *Dubeitico:*

Utique produxit Providentia ejus per occultum suum Imperium,
Qui possideret ultimos mundi fines, [etsi] *natura rudis & ineptus.*
Manu destituitur, & tamen Regnum tenet annulo suo;
Pes ei deficit, & tamen solium ejus pede calcatur.

SECTIO

decreti divini vim ita referunt, ut fatalem inducere videantur rerum omnium necessitatem, nec homo quicquam sit nisi machina aut instrumentum, quo Deus in agendo utatur, unde nomen habent ab الجبر quod diligenter exposuit *Pocock. ad Spec. H. Ar.* p. 238. sqq. Hanc autem sententiam confirmare videbatur *Timurus*, quando omnes suas res gestas uni Deo attribuendas esse disputabat.

(15) *MS.* habet فيه omissum in *Ed. Gol.* & dein recte وهما in duali numero, pro vulgato وهو.

(16) De carminum genere, quod دوبيت a *gemino rythmo* appellatur, vide supra ad p. m. 346. T. 1.



فصل

واما عساكره وطرايق سلوكهم
فانهم على دين ملوكهم
كانوا استدرجوا من حيث
لا يعلمون ورزقوا من حيث
لا يحتسبوا مسخرا لهم
جعبات الدفاين مفتوحا
عليهم خبيات الخزاين
ميسرا لهم مكامن المطالب
والمعادن كل طرف منهم
قد جال وسطا وصار بطرق السلوم (37)
اهدى من القطا وقد دربوا
الامور وجربوا احوال الدهور
وقاسوا معاصر العصور وكابدوا (38) المكايد وعالجوا
الشدايد ومارسوا الأشياء وذاقوا الناس
والدنيا

(37) Proverbialis est locutio, ducta ab *avium* genere, quod *Katbam*



SECTIO.

Quod ad milites ejus, & eorum procedendi rationem, illi *secundum morem regum suorum* gradatim promovebantur, unde non existimabant, & stipendia accipiebant, unde non putabant; occulti thesauri ipsis cedebant, abdita gazophylacia iis aperiebantur; facili negotio latebræ rerum desideratarum, & fodinarum iis patebant; omnis oculus eorum oberrabat, & irruebat, & *in via avaritiæ peritiorem ducem se praestabat, quam avis Katha.* Rerum experientia erant exculti, vicissitudines fortunæ erant experti, & perpessi calamitates temporum, sustinuerant insidias, certaverant cum rebus adversis, tractaverant negotia, exploraverant homines & mundum, & cognitos habebant aditus omnis campi prælii,

Katham appellant, quæ gregatim volantes e longinquo aquam petere norunt, adeoque pro *ducibus* ad eam inveniendam haberi possunt. p. 56. T. 11. Cui figurationi videtur etiam inservire vox طرق, quippe quæ notat inter alia *stagnantem aquam*, sed *quam Cameli transeuntes lotio & merda inquinarunt.*

(38) Ita *MS.* quod & rythmi ratio postulat, pro المتكابن in *Ed. Gol.*

والدنيا وعرفوا مداخل كل (39) مازق ومخارجه وادركوا (40) مداركه ومعارجه لا يدهبهم داهية ولا يطغيهم طاغية ربما يمرون بقفر او يجتزون بمهمة صحرا

لا (41) يقرع الارنب اهوالها
ولا تري الضب بها ينجحر .

فيقف بعضهم ثم تراه ينظر الي الارض دلك المكان وقراه ثم يقول ليس هذا الثري من هذا البري ثم ينزل عن دابته وياخذ من دلك التراب ويشمه ثم يتلفت الي جهاته الاربع فيقصد منها جانبا ويومه ثم لا يزال يسير بمن معه من الاعوان حتي يصلوا الي مكان فيحفرون ويخرجون كمين الدفاين وما في دلك من الغلات والخراين، وكذلك اذا وصلوا الي عماير او مروا علي مقابر يتوجهون الي الخبء كانهم وضعوه بايديهم او

(39) Legitur vulgo مارق, fed manifefto corruptum id eft ex مازق, quod notat *locum arctum*, unde ad *campum prælii* fpeciatim transfertur. Quo ufu fæpius in hoc libro recurrit, & in *Hamafa*, ubi vide pag. 336.

(40) Pro مداركه, quod minus aptum eft huic loco, vix dubito

I ii, ejusque exitus, omnemque ejus rationem erant adſecuti; non terrebat eos gravius aliquod malum, nec in errorem ducebat inſolentia; quando forte tranſibant deſertum aliquod, aut ſolitudinem longinquam:

Cujus terrores non adeat lepus,
Nec ubi videas lacertam, in latibulum confugientem,

aliquis ex iis paululum ſubſiſtebat, qui ex terra oblata probe obſervabat iſtum locum, & mox dicebat: *humus hæcce non eſt hujus loci:* tum a jumento ſuo deſcendens ſumebat de iſta terra, ejusque odorem naribus attrahabat, dein ſe convertens ad quatuor ſua latera ad unum ex iis conſulto contendebat, nec ceſſabat cum comitibus ſuis iter facere, donec pervenirent ad aliquem locum, quem perſcrutarentur, & unde eruerent abſconditos theſauros, ejusque proventum & opes. Ad eandem rationem quando veniebant ad ædificia publica, aut tranſibant coemiteria, petebant res abſconditas, ac ſi ſuis manibus eas depoſuiſſent, aut ipſorum Dæmones eas ipſis

dubito, quin reponi debeat مدارجة *viæ*, & quaſi *gradus adſcenſus* quo tendit alterum معارجة, quod *ſcalas* proprie notat, quibus adſcenditur.

(41) Pro يتقزع præſtiterit, ſi legas. يفزع a فزع *terrorem concepit.*

ان اوحت شياطينهم ذلك اليهم وربما يجيئون الي مقام من
علي ساكنه فيه ايام ومضي عليه فيه شهور واعوام وفيه
شيء مطمور لم يكن لصاحبه وساكنه به شعور (42)
فبمجرد دخولهم اليه يفتح ذلك عليهم ويطلعون عليه وحين
يطلع ساكنه علي ذلك ياكل ندامة وحسرة يديه
وكان لهم درايات في دهرهم عجيبة وسهام رايات في
عمرهم مصيبة؛ وكانوا يحملون البقر ويركبونه
ويسرجون الحمر ويلجمونها ويسابقون علي ذلك اصحاب
الخيل العراب الي قصبات المغانم فيسبقونها ويطعمون الجمل
لحم الكلب والحمل ويعتاضون عن شعير الفرس بالقمح
والارز والدخن والزبيب والعدس وربما اعوزهم ذلك
في السفر فاطعموا دوابهم لحا الشجر * حكي لي القاضي
برهان الدين ابراهيم القوشة الحنفي المذكور رحمه الله
تعالي ان (44) قازان والتتار لما قدموا هذه الديار خرج
من له قوة الفرار فارا من الشرور
كما

(42) *Ed. Gol.* mendose فبمجدد.

(43) *Equi* nimirum *Arabici* ab omni ævo, & nunc etiam, a velocitate curſus maxime celebres ſunt; confer ſupra p. m. 450. T. I. ubi hanc gloriandi materiam præbent: نحن خيولنا عربيه *Equi noſtri ſunt Arabici.*

ipsis revelassent. Aliquando veniebant ad locum, quem diu obtinuerant incolæ, & ubi menses & annos transegerant, ac aliquid sub terra erat reconditum, quod neque Præfectus ejus, nec incolæ animadverterant; simul autem ac illi locum istum intrarent, id iis apertum erat, & exploratum; quod ubi videbant incolæ, *præ poenitentia & dolore manus suas comedebant.* Eratque iis tempore suo prodigiosa calliditas, & ætate sua perspicacia, quæ scopum feriret. Onerabant boves, iisque inequitabant, ephippiis & frænis instruebant asinos, & cum iis antevertebant illos, qui veherentur *Equis* ([44]) *Arabicis*, ad prædam in oppidis faciendam, eamque capiebant; camelos carne canum & arietum pascebant; loco hordei præbebant equis triticum, oryzam, milium, uvas passas, & lentes, & si forte ista iis deficerent in itinere, alebant jumenta sua corticibus arborum. Narravit mihi *Judex Borhaneddinus Ibrahim Alkusja Hanifæus*, supra laudatus, *cujus Deus Altissimus misereatur! quando Casanus & Tatari in hanc regionem veniebant, quisquis poterat, a malis fugiebat, quemadmodum fecerunt tempore*

([44]) قازن *Càsan* idem est, qui alias *Gazan Chan* dicitur, & in *Persiæ* partem, quam *Genchizchani posteri* possederunt, sub finem seculi XIII. successit, rebus gestis & bellica præsertim laude celeberrimus. Vid. *Herbel.* p. 363. ubi memoratur etiam ejus expeditio Syriaca, qua *Damascum* expugnavit, cujus mox in nostro loco mentio quoque fit.

كما فعلوا في قضية تيمور ومن
جملتهم تاجر (45) بالصالحية كان في عيشة
رخية وله اموال وافرة وفية جمع ما له
من صامت المال ووضعه في قدرة فوال ثم عمد
الي بركة ماء فحفرها ووضع تلك القدرة
تحتها وطمرها ثم ردها الي مبانيها واعاد
مياهها الي مجاريها وحين (46) استشب الوثوب
وقدمت الدواب للركوب قالت له امراته
قد نسينا قرطي واخاف ان يحدث عليهما
في الطريق شيء فانظر لهما مكانا وحصل
لنا بذلك امانا فقال اما الان فلا مكان
ثم لخذهما ووضعهما في سقف
سقيفة كانت علي خشبة (47) اطبغة ثم ركبا
وتركا الديار وذهبا فلما حل بدمشق التتار
نزل منهم فرقة في تلك الديار فجعلوا ياكلون
ويشربون وهم في (48) خوضهم يلعبون فبيناهم بعض الايام
في النشاط قرض الفار احد تلك الاقراط فتدحرجت
لولوة وسقطت علي البلاط فتبادرت الجماعة اليها
جارية

(45) De ratione hujus nominis vide fupra ad p. m.

pore Timuri. Inter alios mercator aliquis in pago Salabijensi, qui vitam ducebat commodam, & plurimis divitiis abundabat, collegit aurum & argentum suum, idque recondidit in olla fabarum, tum immisit se in piscinam, quam effodit, sub qua posuit ollam istam, eamque recondidit, dein illam in pristinum statum restituit, & aquam in illam denuo immisit. Quando autem iter nunc erat ineundum, & præsto erant jumenta ad equitandum, dixit ei uxori ipsius: obliti sumus mearum inaurium, & metuo, ne pereant in via, observa pro iis locum aliquem & nobis in eo compara securitatem; dixitque maritus: *at vero locus non est; tum eas sumsit, & deposuit in tecto loci discubitorii, qui innitebatur trabi subtiliori, dein, conscensis jumentis, & relictis ædibus aufugerunt. Postquam autem Tatari Damascum venerunt, aliqui ex iis ædes istas occuparunt, atque coeperunt edere & bibere, jocando tempus fallentes, dum autem die quadam bilares essent, mus arrosit unam istarum inaurium, unde devoluta unio cecidit in solum, atque omnes ad eam certatim properarunt, currentes, acsi festinarent*


(46) Ita *MS.* pro انستشب in *Ed. Gol.* sed præstiterit forte استتب, quod frequentius *de re, quæ parata & recte disposita est*, quale quid hic videtur requiri; ad eam rationem supra p. m. 422. T. II. habes ولما استتب الامر & apud *Elmac. Histor. Sarac.* L. I. Cap. 20. p. 87. ولم يستتب له امرا, *integro regno potitus non est*, quod minus dextre dedit *Erpenius: non ambivit imperium.*

(47) Mendose *Ed. Gol.* لطبنة pro لطبغة, quod exigit rythmus, & habet etiam *MS.*

(48) Phrasis est *Corani* Vid. *Sur.* LII. 12.

جارية كانهم يتسابقون الي قرطي مارية فسبقت الجماعة
ودخلت البلاعة فكشفوا عن وجه الارض ستر خدرها
فوجدوا الاموال كما هي في قدرها فاخذوها واللولوة
واخرجوها وقصدوا باقي القرطين واقتسموها ، وجماعة
تيمور ايضا كذا كانت وكل معضلة من القضايا اذا
وصلت اليهم هانت وكل منهم كان علي دين ملكه
في فنه الي غايته عرج فان كنت محدثا عن احوالهم
واخبارهم فحدث عن البحر ولا حرج .


فصل ،



(49) Respicit ad *Mariam* illam, matrem *Amri*, Hirensium Principis, cujus inaures ob ingens pretium in proverbium abiverunt, انفس من قرطي مارية, *pretiosior inauribus Mariæ*, de quo plura dabit *Pocock. Spec. Hist. Ar.* p. 347. & *Herbel. Bibl. Or.*

rent ad inaures (49) *Mariæ. Accurrentes itaque intrarunt piscinam, atque, remoto de facie terræ velo penetralis ejus, invenerunt opes, quemadmodum in olla erant, easque ceperunt, & unionem, quam eduxerunt, & petierunt reliquum inaurium, quas inter se distribuerunt.* Tales etiam erant milites *Timuri*, quibus res quævis difficillima, quæ iis contingebat, erat facilis, & unusquisque ex iis ad exemplum Regis sui in suo genere summum fastigium obtinebat, &, si narrare velis historias, atque res gestas eorum, *narra de mari, æque facile id fuerit.*

SECTIO



Or. p. 557. qui illud refert ad *Mariam* ex Dynastia *Hemjaritarum*, quæ fame mortua dicitur inter quam plurimas uniones immensi pretii, cujusmodi historiam ex *Firuzabadio* de *Tajab* filia *Disafar* refert *Pocock.* p. 155.



فصل

يحكي (50) ان واحدا منهم من اهل الذكاء والكبد
ايران في وصل الشتاء التنزه فقصد الصيد فاخرج مركوبه
وهو بقرة فشد عليها سرجه وهو خشبة متكسرة (51)
غرزه قضيب مدور وحزامه حبل (52) مبتر وتجمل
بلباسه وهو جلد فروة منهوش وبتاجه وهو (53) طرطور
من لبد منقوش وشد كنانته وهي جلود ممزقه ومشدودة
بحبل وعليها خروق ملزقة سهامها قد التوت وحنيتها
قد استوت ومعه بازي قد نتف القرناص ريشه وقلع عن
حقل بدنه زرع خوافيه وحشيشه ثم ركب جواده وحمل
بازيه وقصد اصطباده فراي جماعة من البط علي ساحل
غدير حط فرفع يده بالبازي ساعة حتي عاين تلك
الجماعة ثم وضع يده بخفض وارسل البازي علي
الارض

(50) لي *mihi*, quod in *Ed. Gol.* verbo يحكي subjicitur, in *MS.* non reperitur.

(51) Ita recte *MS.* pro غرزه in *Ed. Gol.*

(52) Pro مـبـتـر videtur legendum potius مبتور, ut



S E C T I O.

Narrant: aliquem ex iis, qui erat acuti, & aſtuti ingenii, voluiſſe ſe tempore hiemis ruri oblectare, adeoque venatum exiturus eduxit jumentum ſuum, quod vacca erat, & ſuper ea ephippium adſtrinxit, cujus lignum erat fragile; pro ſtapede illi erat ramus in orbem flexus, pro cingulo funis mutilatus, & indutus erat ornatu ſuo, nempe veſte pellicea mendici, & tiara ſua, quæ erat infula ex lana picta, pharetramque ſuam alligavit, quæ erat ex pellibus laceris fune colligata, cujus fisſuræ erant connexæ, ſagittæ ejus erant curvæ, arcus rectus. Habebat ſecum falconem, quem vernatio plumis exuerat, & ex corpore ejus, veluti ex agro, quaſi ſegetem & herbam plumarum evulſerat; tum vectus nobili ſuo jumento, & geſtans falconem ſuum, venatum ivit, viditque copiam anſerum, quæ juxta ripam ſtagni quieſcebat, mox cum falcone manum ſuam elevavit, ut iſtam turbam videret, dein manu ſua deorſum demiſſa, falconem in terram emiſit, qui lente ſubſultans

ut ſimiliter cadat cum præcedentis pericopæ voce finali, مدور.

(51) طرطور *galerus* eſt *ſublimior*, qui capiti ita circumvolvitur, ut gemina vitta dependeat, & ad tegendam faciem ante oculos posſit colligari.

الأرض فصار يعجل رويدا قد اضمر للبط كبدا ان لم يكن له قوة الطيران ولا جناح عليه به يستعان ووصل الي الطير بسكون وهي امن ما تكون لانها لا تتوقع البلاء الا من جهة السماء فدخل بينها فما تفرت (54) عنه ولا هربت منه فلم يشعر الا وقد وثب علي واحدة وبلدها فادركه صاحبه واخذها ولما رحلوا عن دمشق وقد (55) مشقوا اوراق نعمها من اغصان وجودها اي مشق كان مع بعضهم بقرة نهبها وحملها ما اخذه من الاموال التي سلبها واركبها اسيره وسار بها مدة يسيرة فبعد سيرها يومين او ثلاثة قلقت ونادت بلسان حالها انها ما لهذا خلقت فلما لم تجد مشكيا مما شكت توكلت علي الله وبركت فانزلوا الراكبة عنها وصاحوا عليها فلم تقم فحلوا احمالها وضربوها فلم (56) تتحرك فاوجعوها ضربا واشبعوها لعنا وسبا وتلك المبارکة باركة فادموها

(54) *Ed. Gol.* hic quoque habet منه, fed MSS. rectius, ut nunc edidi, عنه.

ſultans aſtum anſeribus occultabat, quoniam ei robur volandi deërat, & ala, qua uteretur; acceſſit itaque lente ad aves ſecuras, non niſi de coelo malum in ſe delapſurum eſſe, & inter eas ſeſe immiſcuit, nec præ pavore ab eo aufugerunt, neque prius fuit obſervatus, quam in unam irruiſſet, eamque diſcerpſiſſet, quando mox adveniebat dominus ejus, eamque capiebat. Cumque [milites *Timuri*] Damasco diſceſſiſſent, poſtquam *frondes florentiſſimarum ejus fortunarum a ramis opulentiæ ejus depexuiſſent, & quidem pectinatione vehementiſſima*, eorum aliquis ſecum habuit vaccam, quam rapuerat, cui præda ſua, & mancipio ſuo impoſito, cum ea per aliquod tempus iter fecit, poſt iter autem duorum, aut trium dierum impatiens facta lingua ſtatus ſui proclamavit: *ad hunc uſum ſe non eſſe creatam*, ſed cum nemo inveniretur, qui querelas reciperet, & conſolaretur, *Deo ſe commiſit, & in genua procidit*, tum deſcendere de ea fecerunt, quæ ea vehebatur, eique inclamarunt, ſed non ſurrexit, ideoque, ſolutis ejus ſarcinis, eam percuſſerunt, nec tamen ſe movit, tum eam verberibus cruciarunt, & exſecrationibus ac convitiis eam ſaturarunt, cum tamen flexis genibus videretur benedicere, eamque

(55) Confer de hoc uſu verbi مشق, Hebr. משק, *Cl. Schult.* de *Defect.* p. 40.

(56) Mendoſe *Ed. Gol.* تتحركت pro تتحرك, fut. v. ſpecici verbi حرك, in v. ſp. *ſe movit, progreſſus fuit.*

فسادموها وهم يضربونها الي ان كادوا يهلكونها فمن
شاحط بمقدمها ومن جاذب بموخرها ومن متعلق بقرنها
ومن متشبث باذنها وهي جاثمة مشبهة فيل ابرهه فعجزوا
عنها وايسوا منها فبينماهم علي ذلك وقد ضاقت عليهم
المسالك واذا هم بشيخ كوسج كانه شجرة موسج قد
سلك المشارق والمغارب ومرت به انواع التجارب وقاسي
برد الامور وحرها وذاق حلوها ومرها وعرف خبرها
وشرها مر بهم وهم في كربهم فلما راهم اساري
عاجزين حياري (58) سكاري وما هم بسكاري
قال تنحوا عنها اي جنة ثم دنا منها دنو الراقي من ذي
جنة واخذ كفا من تراب انعم من عيش الشباب ثم قبض
علي قرنها وصبه في اذنها ثم هز راسها في مناخها حتي
وصل التراب الي (59) صماخها فوثبت قايمة وهي من ذلك
الرغام راغمة وجعلت (60) تنغض راسها وزادت اضطرابها
وشماسها

(57) Refpicit ad hiftoriam *Elephantis* illius, *Mahmud* di-
cti, quo vehebatur *Abraha*, five *Ibrahim Alashram*, Rex Ara-
biæ Felicis, quando Meccanam ædem diruere volebat, fed
qui, quotiescumque Meccam verfus impellebatur, ad terram
provolutus progredi recufabat. Conf. præter *Pocock. Spec. Hift.
Arab.* p. 172. *Gagnierii* præfatio ad *Abulfedæ vitam Muhamm.*
p. 18. fq.

(58) Formula eft ex *Alcor.* Sur. XXII: 3. cui plane congruit
illud *Jef.* XXIX: 9. *ebrii funt, fed non vino* & LI: 24. Conf.
Cl. Scheidii fpecimen Obf. p. 15. fq.

eamque vulnerarunt, & usque adeo verberarunt, ut parum abesset, quin eam enecarent; unus a fronte, alter a tergo eam attrahebat, cornibus unus, alter auribus ejus adhærebat; sed immota procumbebat, imitata [57] *Elephantem Abrahæ*, adeoque ei [excitandæ] impares de ea desperabant; dum vero in hoc essent statu, & in angustias redacti, ecce incidunt in senem, raram habentem barbam, acsi esset arbor [*Auseg*] Lycium, qui peragraverat orientem; & occidentem, & varia expertus erat, qui sustinuerat *frigida rerum & calida*, earumque dulcia & amara gustaverat, qui bonum & malum cognoverat: hic transiit eos, dum essent in sua sollicitudine; cum autem eos videret [quasi] compedibus vinctos, impotentes, obstupefactos, *ebrios, sed non ebrios* [vino] dixit: *ab ea recedite, ô dæmones!* tum ad eam accessit, veluti incantator ad dæmoniacum, & cepit volam pulveris mollioris, quam vita est juventutis, quem, apprehenso ejus cornu, effudit in ejus aurem, tum concussit caput ejus, dum procumbebat, donec perveniret pulvis in meatum auditus ejus, unde mox prosiliens surrexit, pulveris istius vi coacta, coepitque caput suum agitare, & magis magisque perturbari, & sternacem se præbere, iterque desi-

(59) Ita *MSS.* pro مناخها, in *Ed. Gol.* quod facili lapsu corruptum est ex صماخها, quod notat *aurem*, ipsumque *meatum auditus*. Et sic quoque recte legit *Vatt.* vertens: *jusque dans le conduit de l'ouie.*

(60) Mendose *Gol. Ed.* تنغض براسهكي, pro تنغض براسها, quæ phrasis est ad imitationem *Alcorani*, Sur. XVII: 51. وسينغضوا اليك رؤسهم. Contextus autem non tantum postulat براسها, sed etiam rythmi ratio, namque respondet proximo شماسها.

وشماسها وطلبت المسير وكادت تطير فاعادوا عليها
احمالها وزادوا اثقالها فصارت تلك البليها تعدو ولا يقدر
عليها . وكان في عسكره من الترك عبدة الاصنام
وعباد النار من المجوس الاعجام وكهنة وسحرة وظلمة
وكفرة فالمشركون يحملون اصنامهم والكهان (61)
يشجعون كلامهم وياكلون (62) الميتة والدم المسفوح ولا
يفرقون بين مخنوق ومذبوح وناس حزاون وزواجر
خراصون ينظرون في الواح الضان ويحكمون بما يرون
فيها على احوال كل مكان وما حدث في كل بقعة
من الاقاليم السبعة من الامان والخوف والعدل والحيف
والرخص والغلا والسقم والشفا وساير ما يكون ولا
يكادون يخطيون ولهم ايام وشهور واعوام كل عام
منسوب

(61) Pro يشجعون, quod parum hic quadrat, videtur omnino legendum يسجعون a سجع *rythmico sermone uti*, uti solent vates.

(62) Hæc duo, *morticinium*, & *sanguis effusus*, ceu prohibita eadem ratione junguntur *Alcor. Sur.* VI: 145. Conf. *Sur.* XVI: 115.

(63) Solent nempe Arabum Geographi terram habitabilem

in

desideravit & parum absfuit, quin volaret; tum sarcinas ei denuo imposuerunt, & onus ejus auxerunt, & ista insana facta currebat, plus, quam poterat. Habuit in exercitu suo Turcas idololatras, &, qui ignem adorant, magos Persas, ariolos, & incantatores improbos, & infideles. Idololatræ ferebant idola sua; arioli rythmico sermone utebantur, & comedebant *morticinium*, nec distinguebant inter suffocatum, & mactatum. Divinatores, & augures, qui observant tempestates, inspiciebant *tabulas* [intestina] ovium, & judicabant ex eo, quod in iis observarent de fortuna omnis loci, & quid accideret in omni tractu ([63]) *septem climatum*, sive securitas, sive metus, justitia, an injustitia; annonæ copia, an penuria; adversa, an prospera valetudo, & omnes alios casus, nec facile aberrabant. Habent dies suos, menses & annos; unusquisque annus denominatur ([64]) ab aliquo animali, qua ratione computum annorum præterito·

in *septem climata* dispescère. Vid. *Alferg. Elementa Astron.* Cap. VIII. p. 30.

([64]) Verissima est hæc observatio auctoris, namque *Tatari* utuntur cyclo duodecim annorum, quorum singuli nomen habent a quodam animali; sic primum annum appellant *annum soricis;* alterum *bovis* &c. Hoc cyclo usus fuit scriptor Historiæ Timuri, quam ex Persica Gallicam fecit *P. de la Croix*, ubi in *admonitione* ad lectorem [Avertissement] tomo I. præmissa, pag. XVII, reperies catalogum duodecim animantium, quorum nomina totidem annos designant. Conf. *Histoire Générale des Huns* T. I. p. XLVII.

منسوب الي حيوان يحسبون بها ما مضي من السنين ولا
يتأتي فيها زيادة ولا نقصان، وفي الخطا لهم خط يسمي
دلبرجين رايت حروفه احدا واربعين وسبب زيادته انهم
يعدون التفاخيم والامالات حروفا وكذلك البين وبينات
فيتولد الزوايد فكل حرف (66) زايد واما الجغتاي
فلهم قلم يسمي اويغور وهو بالقلم المغولي مشهور وعدته
اربعة عشر حرفا وسبب نقصانه (68) وانحصاره في هذا
العدد ان حروف الحلق يكتبونها علي هية واحدة
وكذلك تلفظهم بها ومثل هذا (69) الحروف
المتقاربة في المخرج مثل الباء والفاء ومثل الزاء والسين
والصاد ومثل التاء والدال والطاء وبهذا
الخط يكتبون تواقيعهم ومراسيمهم
ومناشيرهم

(65) Literas has quas noſter *Delbergjin* appellat, easdem eſſe cum *Tangutanis*, docuit *Theoph. Sigefr. Bayerus*, *in epiſtola ad Menkenium* de *literis Tataricis*, ad quam hoc nomine provocat in epiſtola ſua, quæ reperitur in *Theſauro Epiſtolico La Croziano* T. I. p. 55. de quibus *elementis Tanguticis* idem vir Doctus ſententiam ſuam expoſuit ibidem p. 15.

(66) رايد *Ed. Gol.* ſed quod manifeſto corruptum eſt ex زايد litera *redundans*, & hinc apud Grammaticos *ſervilis*, quæ derivatis formandis aliisque uſibus in dicendo inſervit.

(67) De hoc ſcripturæ genere conſuli merentur, quæ nota-

Poly-

teritorum ineunt, nec plus, aut minus in eo admittitur. Scriptura, qua Chatæi utuntur, appellatur ([65]) *Delberg-jin*, cujus 41 literas vidi; causa vero, qua propter plures habeant, est, quoniam pro literis diversis numerant easdem crassius, aut lenius pronuntiatas; & sic pronuntiatione differt *Biin*, & *Bainat*, qua ratione oriuntur plures literæ, quarum singulæ sunt *serviles*. *Sjagatæi* vero aliud scripturæ genus habent, dictum ([67]) *Ougour*, in idiomate Mogolico satis notum, quæ scribendi ratio 14 tantum literas usurpat, qui exiguus & magis compendiosus numerus inde oritur, quod literas gutturales una eademque forma exprimant, similiterque pronuntient. Idem agunt in literis, quarum vicina est pronuntiatio, veluti *Be*, & *Fe*; *Ze* & *Sin* & *Sad*; nec non *Te*, *Dal* & *Ta*. Hoc charactere consignant diplomata sua, mandata, literas patentes, epistolas, catalogos, men-

Polyhistor celeberrimus *la Croze*, in Dissertatione subjecta *J. Chamberlaynii Orationi Dominicæ in diversas linguas versæ* p. 131. quæ reperitur quoque in *Thesauro Lacroziano* ante laudato, T. III. p. 84. ubi observat inter alia, quæ huc pertinent, specimen illud scripturæ Tatarorum Mogulensium, quod dedit *Th. Hyde* in *Appendice Hist. relig. Persarum*, literis constare, solo fere situ diversis, ab illis, quas ipse *Hydius Ougburenses* appellat. Accepisse vero censet has literas Orientales Tataros ab *Huyris*, sive *Juguris*, qui *Christiani Nestoriani* erant, teste *Joanne de Plano Carpini* Cap. v.

([68]) Legendum procul dubio واختصاره & *compendii ejus*, nempe causa.

([69]) Mendose *Ed. Gol.* الحروق pro الحروف *literæ.*

ومناشيرهم ومكاتيبهم
ونادرهم (70) ومخاتبهم
وتواريخهم واشعارهم وقصصهم
واخبارهم وسجلاتهم واسعارهم
وجميع ما يتعلق بالامور
الديوانية والتتور الجنكيزجانية
والماهر في هذا الخط لا يبور
بينهم لانه مفتاح الرزق عندهم .

فصل ،



(70) Nihil hic valet, quæ in *Ed. Gol.* proftat, vox مخازيهم, corrupta, ut facile apparet, ex مخاتبهم, quo nomine

menſuras, annales, poëmata, hiſtorias, relationes, acta publica, pretia annonæ publica auctoritate impoſita, & quicquid ad jus eorum forenſe pertine , ipſasque *Gincbiz-Chani* leges. Qui hujus ſcripturæ peritus eſt, inter eos non perit, namque apud eos lucri faciendi clavis eſt.

SECTIO



nomine *menſuræ*, ſpeciatim, *aridorum* veniunt, quoniam *ſigillo* notari ſolent, a ختم *ſignavit*, *obſignavit*.



فصل

وكما كان فيهم من جبل علي الفظاظة والقساوة والغلاظة ومن هو قليل الرحمة بل وعديم الاسلام كفرة فجرة اوغاد انذال طغام اغنام قد (71) اتخذوه من دون الله هاديا ونصيرا واستكبروا به في انفسهم وعتوا عتوا كبيرا استجرهم كفرهم وحبهم اياه الي انه لو ادعي النبوة او الالهية لصدقوه في دعواه كل منهم يتقرب الي الله تعالي ببره ينذر له اذا وقع في شدة ويفي بنذره واستمر علي اعتقاده الباطل وكفره مدة حيوته وبعد موته تنقل النذور (72) ويتقرب القربان الي قبره وكان ترقي معه في المصاحبة حتي وصل الي مقام المراقبة .

قبل

(71) Phrasis est *Corani*, veluti *Sur.* XLII: 8. أم اتخذوا من دونه اولياء *an præter eum* [Deum videlicet] *patronos acceperunt?* male itaque *Vatt.* dedit: *c'est quelquefois celui, qu'ils prennent pour leur chef & conducteur apres Dieu.*



SECTIO.

Quemadmodum erant inter eos a natura comparati ad inhumanitatem, duritiem, & asperitatem, exiguæ misericordiæ, imo veræ religionis expertes, impii, scelesti, famuli, homines viles, barbari, qui eum, præter Deum, adhibuerunt ducem, & patronum, quo secum gloriabantur, & maximopere superbiebant; eo usque pertraxit eos ipsorum impietas, & amor erga illum, ut, sive sibi Prophetæ dignitatem, sive divinitatem arrogaret, fidem in eo ipsi adhiberent; omnes ex iis ad Deum Altissimum ope meritorum ejus accedebant; vota ipsi nuncupabant, quando in discrimen incidebant, eorumque fidem solvebant, atque persistebant in vana sua & impia religione, quamdiu in vivis erat [*Timurus*], post mortem vero ejus dona votiva mittebant, & *Korban* [munus sacrum] offerebant ad sepulcrum ejus, & eo usque adscendebant in societate divinitatis ei tribuenda, ut omnia observare & scire crederetur.

Narrant,

(72) Cl. *Golius* edidit ويتقرب, sed rectius MS. in 11. specie ويقرب; hinc etiam pro تنقل malim ينقل, construendum videlicet cum superiori كل منهم.

قبل انه كان في السفر فراي واحدا من العسكر كان الكري عطف رقبته او السري امال شقته او علي حال لا يتوجه عليه فيها لوم ولا عتب فضلا ان يترتب عليه ضرب او سب فقال تيمور تري ما ثم احد قاطع يقطع راس هذا (73) الفاعل الصانع ولم يرد علي هذا الكلام فسمعه واحد من اوليك الكفرة اللئام اسمه دولت تيمور وهو امير كبير مشهور قد البسه الله ثوب (74) النقمة ولم يشمه شيا من روايح الرحمة ففي الحال سل راسه من بين كتفيه وحمله الي تيمور ووضعه بين يديه فقال تيمور ويلك ما هذا الامر الا قطع فقال هذا الراس الذي اشرت ان يقطع فاعجبته هذه العبارة وابتهل بان امره يمتثل بادني اشارة كان فيهم الظرفاء والادباء والاذكيا والشعراء ومن هم في الفضل اعلام وعلماء وفيهم المحقق والباحث في العلوم والمدقق ومن شارك في كل العلوم وبحث فيها بحثا شافيا من طريقي المنطوق والمفهوم ويقرر مذهب الصوفية (75) واحيا العلوم ومع هذا فبعضهم يمضي علي

(73) Convitii formula eſt الفاعل الصانع, qualis illa p. m. 842. يا ابن الفاعلة.

Narrant, quando in itinere videbat aliquem ex exercitu, qui proclivis in ſomnum cervicem ſuam, aut iter faciens latus ſuum inclinabat, aut alia quadam ratione, ob quam non mereretur reprehendi, neque objurgari; multo minus, ut illi deberetur verberatio, aut convicium, dixiſſe Timurum: *ecquid nemo hic adeſt, qui caput amputet hujus nebulonis?* nec quicquam ulterius dixit, quod ubi audivit aliquis ex iſtis impiis, ſordidis, cui nomen *Doulet Timur*, Princeps magnus, nobilis, *quem Deus veſte crudelitatis texerat, nec minimo miſericordiæ odore* imbuerat, protinus caput ejus inter humeros ejus amputavit, idque ad Timurum detulit, & coram eo depoſuit; dixit vero Timur: *væ tibi quid hoc eſt, niſi cædes?* reſponditque: *caput hoc eſt, quod amputandum indicaſti*, quæ explicatio admirationem ipſi movit, & ſupplex Deum adoravit, eo quod mandatum ſuum ad minimum nutum perficeretur. Erant etiam in iis homines ingenioſi, eruditi, acuti, poëtæ, & ex iis præſtantiſſimi, & doctores, interque eos veritatis adſertores, & ſcrutatores ſcientiarum, easque ſubtiliter indagantes, & qui conjungebant in omni ſcientiarum genere, iisque plene perſcrutandis geminam disquiſitionis viam, Logices & perceptionis, comprobantes inſtitutum *Suſiorum*, & [librum qui inſcribitur] *Abia Oloum*; & quidem aliqui ex iis obſervabant, quod ipſorum doctrina exigebat, &

(74) Conf. *Cl. Schult. Animadv.* p. 436.

(75) Male *Vatt.* & *diſſipant les tenebres de l'ignorance.* Intelligitur enim liber *Algazalii* احيا علوم الدين *reſuscitatio ſcientiarum religionis*, de quo conſuli poteſt *Herbel.* p. 362. & *Pocock. Spec. Hiſt. Ar.* p. 371.

علي مقتضي ما علمه وكان من
الذين امنوا وتواصوا بالصبر وتواصوا
بالمرحمة وبعضهم كان مع (76) رقة الحاشية
واللطافة الغاشية والعلم الوافي
والظرف (77) السافي والجمال الفايق
والكمال الشايق والكلام الرايق قلبه
اقسي من الحجر وفعله انكي
من ضرب الصارم الذكر يقولون
من (78) قول خير البرية (79) ويمرقون
من الدين كما يمرق السهم من الرمية
واذا وقع مسلم في مخالبهم لو ابتلي غريب بتعذيبهم
صنف ذلك العالم المحقق والحبر المدقق في استخراج
المال انواع العذاب واصناف العقاب واستحضر
في فنون تعذيبه كتبا ومسايل
وسرد في علوم تثريبه خطبا ورسايل
فبصبر

(76) De formula رقة الحاشية *tenuitas oræ famulitii*, quemadmodum ſupra رقيق الحاشية p. m. 546, T. I. confer, quæ notavit *Cl. Schult.* ad *Harir.* VI. 183.

(77) Alienius ab hoc loco, ubi inſignes ad ſpeciem horum hominum virtutes laudantur, videtur epitheton السافي *radens*, ſpec-

& ex numero fidelium erant, & qui patientiam pariter ac misericordiam commendatam habebant, aliqui vero ex iis, cum tenuitate famulitii, & facultatum subtilitate, atque doctrina copiosa, & elegantia [salutari] pulcritudine excellente, quæ amorem excitet, & eloquentia admirabili, cor habebant saxo durius, & factis vehementius vulnerabant, quam ictus gladii acutissimi, loquentes quidem verbis creaturarum præstantissimi [*Muhammedis*] sed deflectentes a religione, veluti sagitta deflectit ab arcu. Quando Muslemius aliquis incidebat in ungues eorum, aut peregrinus eorum cruciatu affligebatur, sapiens iste veritatis indagator, & doctor subtilis, in eruendis opibus, varii generis cruciatus & tormenta componebat, & in modis cruciandi adhibebat libros & quæstiones, atque in scientiis accusandi concinnabat orationes & dissertationes, tum vero miser ille dolore uri, &

spec. *ventus*, *turbo*, unde vix dubito, quin reponendum sit الشافي *salutaris*, quemadmodum paulo ante dixit بعثنا شافيا.

(78) Præpostere legitur in *Ed. Gol.* من خير قول البرية pro من قول خير برية; appellat Muhammedem خير البرية *creaturarum optimum*, qua ratione supra p. m. 502. T. I. dicitur لم يخلق في الكون اشرف منه ولا اوخر *non alter creatus ipso nobilior.*

(79) Respicit ad dictum, quod Muhammedi tribuitur, sive حديث لا تقوم الساعة الا علي اناس يقولون بقولي ويمرقون من الدين كما يمرق السهم من الرمية.

فبصير ذلك المسكين يتكوي ويستغيث (٤٥) ويتلوع ويستجير بالله واياته ويستشفع بكل ما في ارضه وسماواته من ملك ونبي وصديق وولي وذلك المليح يضحك ويتظارف ويتمايل ويتلاطف وينشد لطايف الأشعار ويتمثل بظرايف النوادر والأخبار وربما تحرق وبكي وتاوه لما يفعل بذلك من التعذيب واشتكي وصار كبعض قضاة الأسلام المستولي علي مال الأيتام يخطب ويبكي وفعله في قلوب المسلمين ينكي، لما كانوا في دمشق دخلوا الي بيت واحد من الأعيان بزقاق العجم واذا هو مملو من النفايس والخيرات والنعم

قصر بتحية وسلام خلعت عليه جمالها الايام .

فقبضوا علي صاحب ذلك المنزل وربطوه وبانواع العذاب والعقاب عذبوه ثم احكموا رجليه شدا وعلقوه واستخرجوا النفايس

(45) Inuſitata eſt hæc v. ſpecies verbi لاع, de quo vid. *Cl. Schult.*

& quiritari, æſtuque impatienti opem implorare Dei, & miraculorum ejus, atque petere interceſſionem ab omnibus iis, qui vel in terra vel in coelo ſunt, Angelo, Propheta, amico, & adjutore; ſed bellus iſte ridebat, dexteritatem ſuam oſtentabat, huc illuc ſuperbe ſe vertebat, lenociniis utebatur, faceta carmina recitabat, elegantias ſententiarum rariorum & hiſtoriarum adhibebat; aliquando ira incendebatur, flebat, ingemiſcebat cruciatui, quem inferebat, & vehementer dolebat, ſeque gerebat, quemadmodum judices aliqui legis Muhammedanæ, qui, potiti bonis orphanorum, concionantur, & plorant, dum factis ſuis corda Muslemiorum vulnerant. Quando Damaſci erant, intrarunt domum alicujus ex magnatibus in platea *Agjemica*, repletam rebus pretioſis, cimeliis, & ferculis,

Palatium benedictionis & ſalutis, quod pulcritudine ſua ornarunt dies,

tum, manu injecta in dominum iſtius hoſpitii, eum ligarunt, variisque tormentis & cruciatibus adfecerunt, ejusque pedibus vehementer colligatis, eum ſuspenderunt, & res pretioſas protraxerunt, *pulcherrimas ſponſas earum*.

Schult. in Job. p. 168. cujus verſionem retinui, ſed vix dubito, quin legendum ſit يتلوى *ſemet intorquere* præ dolore nimirum, quo nihil huic loco magis aptum eſt.

النغايس (11) واستجلوا من حسانها العرايس واحضروا لذيذات المطاعم والمشارب وقضوا من التفكه والتنعم بما من مارب وجعلوا ياكلون ويشربون ويلهون ويطربون واذا تحرك في واحد منهم الخبث او ثمل واخذه في سكره العبث عمد الي ذلك المسكين وهو في شدة النكان فسقا الماء والملح وسقه الكلس والرماد وكان فيهم عالم متقشف عن تناول المسكرات متعفف كما قبل

عجبت عن شيخي ومن زهده وذكره النار واهوالها .
يكره ان يشرب من الفضة ويشرب الفضة ان نالها .

وكانوا (12) اذا اداروا القدح المزعفر احضروا له (13) السكر المكرر ووضعه له في صيني الخوانق وصبوا عليه

(11) Pulcre figuratum استجلوا العرايس, metaphora petita a *ſponſa*, quæ ſponſo primum ſpectanda datur ſine velo; quo uſu verbum جلي in VIII. ſpeciatim uſurpatur; *ſponſæ retectæ* nunc ſunt *opes lectisſimæ*, ex loculis ſuis extractæ; quicquid enim *eximium* eſt, ſponſæ comparare ſolent OO.

(12) Legendum omnino اذا, vulgo omiſſum in *MS. Gol.* ubi legitur

earum produxerunt, delicatisſimos cibos potumque appoſuerunt, quantum opus erat, ex fruendis iſtis deliciis ſibi ſumſerunt, comederunt, biberunt, jocis lætitiæque indulſerunt, & quando aliquis eorum incaleſcebat malitia, aut temulentia, & in ebrietate ſua ineptiebat, apprehendit illum miſerum, qui vehementi cruciatu afflictus erat, eique propinavit aquam, & deglutiendum dedit pulverem calcis cinerisque. Erat etiam inter eos doctor aliquis, tenui victu ac viliori amictu vitam tolerans, a ſumendo potu inebriante abſtinens, in quem quadret illud Poëtæ:

Miror equidem doctorem meum, ejusque abſtinentiam, & quod toties Gehennam cum ſuis terroribus memoret;
Abhorret bibere ex argento, & argentum ipſum bibit, ſi capere poſſit.

Quando poculum vino rubidum in orbem circumtulerunt, offerebant ei ſaccharum conditum, appoſitum in vaſis Sinenſibus, cui affuderunt aquam limpidam, atque ſemet

legitur اذا راوا pro اذاروا quemadmodum in margine appoſite correctum eſt.

(83) سكر المكرر eſt *ſaccharum conditum*, ſive ſecundum *Menynskium* in voce مكرر *ſaccharum roſaceum*, unde potus ille conficitur, quem Turcæ *ſorbet* appellant. Vid. *Thevenot Itiner.* t. 1. p. m. 56. Hinc, quod ſequitur الغوانق pl. fr. ab الغانقة, videtur eſſe *vas majus*, e quo potum illum bibere ſolent.

عليه الماء الرايق فيسكرون هم بالاقداح الغوادح ويسكر
ذلك الفاسق المحروم من الروايح ثم يتوجه الي صاحب
المنزل ويضحك عليه وهو في اشد ما يكون من
العذاب ويسخر منه ويهزل ثم يتمايل علي صوت (84)
المثاني والمثالث ويتناول من تلك الماكل (85) والمشارب
ويقول بشر مال البخيل بحادث او وارث، وكان في
عسكره كثير من النساء يلجن معامع الهيجا ووقايع
الباساء ويقابلن الرجال ويقاتلن اشد القتال ويصنعن
ابلغ ما يصنع الفحول من الرجال في النزال من
طعن بالرمح وضرب بالسيف ورشق بالنبال واذا
كانت احداهن حاملا واخذها وهم سايرون الطلق
تنحت عن الطريق واعتزلت الخلق ونزلت عن دابتها
ووضعت حملها ولفته وركبت دابتها واخذته
ولحقت اهلها وكان في عسكره ناس ولدوا في
السفر وبلغوا وتزوجوا وجاءهم اولاد ولم يسكنوا
الحضر،

(84) المثاني *Schol.* explicat, quod fit اسم لاوتار العودان كالثاني, nomen *ſecundæ chordæ teſtudinis*, atque proximum

ſemet inebriarunt poculis vituperabilibus, & ipſe quoque ille nequam infelix odoribus vini; tum ſe convertit ad dominum hoſpitii, eumque irriſit, dum graviſſimum dolorem patiebatur, & ſannis jocisque eum excepit, ſeque huc illuc flexit ad ſonum chordarum, ſumſitque de iſtis cibis & potu, dicens: *exhilarant opes avarum, ſive eas labore, ſive jure hæreditatio acquiſiverit.* Erant etiam in ejus exercitu multæ mulieres, quæ ſe confuſioni pugnæ, & vehementioribus conflictibus immiſcebant, ſeque viris opponebant, & pugnabant cum fortisſimis occiſoribus, ſuperabantque præſtantiſſimos heroas in acie, confoſſione haſtæ, ictu gladii, & jactu ſagittarum; quando aliqua ex iis erat gravida, & dolor partus eam corripiebat, dum eſſent in itinere, deflectebat de via, & ſeorſim recedens, ac deſcendens de jumento ſuo, foetum deponebat, eoque fasciis involuto, mox jumentum ſuum inequitabat, &, iſto ſecum ſumto, ſuos ſequebatur; & fuerunt in exercitu ejus, qui in itinere nati, & adulti facti ſunt, matrimonium iniverunt, liberos ſusceperunt, nec tamen unquam fixam ſedem tenuerunt. In exercitu

mum المثالث, quod ſit اسم للوتار المثلثة; intelligitur itaque صوت واتار العود.

(85) Mendoſe *Gol. Ed.* والمشادب pro والمشارب, quemadmodum ex altero الماكل ſponte apparet.

الحضر ، وكان في عسكره ناس صلحا عباد ورعون
زهاد اجواد (26) ايجاد لهم في الخيرات اوراد وفي وردها
اصدار وايراد دابهم خلاص ماسور او جبر مكسور
او اطفاء حريق او انقاذ غريق او اصطناع معروف او اغاثة
ملهوف مهما امكنهم ووصلت اليه يدهم اما بقوة وايد واما
بنوع خديعة وكيد واما باستيهاب واستشفاع او تعويض
وابتياع وكانوا سايرين معه بالاضطرار او دايرين معه لهذه
المعاني بالاختيار. حكي لي مولانا جمال الدين احمد
الخوارزمي احد القرا المشهورين المجودين وكان امام
محمد سلطان في حبوته وامام مدرسته بعد وفاته ثم خطيب
بروسا وبها ادركته المنية سنة احد وثلاثين وثمانماية
رحمه الله تعالي قال كنت في سمرقند في مدرسة محمد
سلطان اعلم مماليكه واولاد الامراء القران فارسل اليه جده
الظلوم وهو متوجه الي بلاد الروم ان يتوجه اليه ويفد هو
والامير سيف الدين عليه فامتثل ما به امر واخذ في اعداد
اهبة السفر وقال هي مرافقك واقطع علايقك وخذ اهبة
سفرك واعمل مصلحة رهطك ونفرك
ووافقنا في المرافقة فان من حسن
المرافقة

(26) Pro vulgato ايجاد, quod parum aptum huic loco,

tu ejus fuerunt etiam homines probi, Dei cultores, religiosi, continentes, liberales, bonorum operum gloria nobilitati, in eorum studio jugiter occupati, qui solebant liberare captivos, aut instaurare fracta, aut exstinguere incendia, aut eripere submersos, aut benevolentiam exercere, aut afflictis succurrere, quantum possent, & quomodocunque, sive vi & robore, sive quodam artificio & dolo, sive liberalite & intercessione, sive permutatione, & emtione, atque eum sequebantur coacti, aut sponte his de causis oberrabant. Narravit mihi Dominus noster Gemaleddinus Ahmed Choarezmiensis, unus celebrium, facundorum Lectorum Alcorani, qui fuit Antistes Sultani Muhammedis, dum viveret, & Præfectus collegii ejus post mortem ipsius, dein concionator *Prusæ*, ubi diem supremum obiit anno 831, *Deus altissimus ei sit propitius!* dicens: *docebam Samarcandæ in collegio Muhammedis Sultani servos ejus, & liberos Principum Alcoranum, quando scripsit ad eum avus ejus improbus* [Timurus] *qui iter suscipiebat in Syriam, ut ad ipsum veniret, ipsumque conveniret una cum duce Seifeddino, cui mandato obtemperans paravit ea, quæ ad iter faciendum opus habebat, dixitque: compara tibi comitem itineris, & amputa impedimenta tua, & sume apparatum itineris, & cura negotia familiæ tuæ & tuorum & nobiscum consenti in comitando, namque optimus comitatus est, qui fit consensu; tum veniam itineris ab eo petii,*

loco, lego امجاد *gloria, dignitates* a [illegible] *gloria superior fuit.*

المرافقة الموافقة واستعفيته من الذهاب وفتحت له في سن
خوخة السفر كل باب فقلت له يا مولاي انا رجل من
اهل القران والقادة ما لي بفتح باب السفر من طاقة لاني
ضعيف البنيان رخو (87) الاركان لا جلد لي علي
الحركة وان كان في صحبة مولانا الامير كل خير
وبركة خصوصا علي هذا السفر البعيد الشقة الكثير
المشقة ومع كوني ليس علي ذلك من طاقة لا جمل لي
في مناخ السفر ولا ناقة واما انتم فالسفر عليكم حتم لانه
وحق ملازم لا يسعلم فيه التخلف ولا يفسح لكم فيه
للطل والتسوف فلم يعفني وتعلل لي بعلل (88) عللني فيها
ولم يشغني فلم ار بدا من الاستعداد وتحصيل الرفيق
والزاد ثم سرنا حتي وافينا جده وقد ركب في الجادة
جده وجده ورايناه من تلك العساكر بحارا لا
اول

(87) اركان, *columnæ, fulcimenta*, nunc ſpeciatim deſignant *membra corporis*, quo modo ſupra p. m. 488. اركان جسده; metaphora deſumta ab *ædificio*, ſive بنيان, quocum *corporis conſtitutionem* comparare ſolent.

(88) Ita *MS. Gol*, pro vulgato عللني; a علّ, quod in 11. ſpecie

petii; omnemque rationem inivi apud eum de obstruenda fenestella itineris, dixique illi: o Domine mi! ego sum ex doctoribus Alcorani, & physiognomis; impar sum itineri suscipiendo, quoniam constitutione corporis debilis sum, & membris flaccidis, non satis robustus sum ad motum, etsi sit in comitatu Domini nostri Principis omnis felicitas & benedictio, præsertim in hoc itinere longinquo, cum plurimis molestiis conjuncto, & cum existam sic imbecillus, non adest mihi in stabulo itineris camelus mas, aut femina. Quod ad vos attinet, vobis iter necessario incumbit, & debitum est inseparabile, non licet vobis in eo tergiversari, neque vobis procrastinatio, aut dilatio in eo conceditur. Sed me non excusavit, & allegavit mihi quidem causas, quibus me mulcere, & sedare voluit; sed non sanavit me; neque vidi effugium præparationis ad iter, & comparandi comitem ac commeatum. Tum iter fecimus, donec perveniremus ad avum ejus, qui omni studio & diligentia proficiscebatur in via regia, vidimusque mare istarum copiarum, quibus nec initium, nec finis erat. Si aliquis elapsus esset ex

specie notat *mulcere*, *sedare*, cum nempe *alicui præbetur aliquid*, *quo contentus aliud*, *cujus desiderio tenetur*, *minus curet*, uti fit in allactandis infantibus, sic *Tograi* verf. 39.

اعلل النفس بالامال

Mulceo animam meam spe; ubi conf. *Pocock*; copiose vero diversos hujus verbi usus illustravit *Cl. Schult.* Orig. T. 1. p. 165. sqq.

لول لها ولا اخر ان انفرط احد من سلك جماعته وظل معتزلا
عن سنن سنته لا يصل اليهم بالسرج الشمع ولايهتدي الي
سنة جماعته الا ان كان يوم الجمع فبينا انا معهم اسير
وقد وهن مني العظم الكبير واثر في التعب واخذ مني
النصب والوصب ومللت السري وعدمت الكري (89)
نفضت يدي من الرفيق واخذت علي فجوة من الطريق فلما
ان خلوت (90) هينمت بالقران العظيم وتلوت ثم استهواني
الذوق والشوق فحلقت بمراشيق حلقي الي فوق
وكان (91) صوته اطيب من رقيقا (92) المقطوع علي رخيم
الموصول والذ من شمول علي كاس شمول (93) بنسيم
الشمال معلول وبرضاب الحبيب مشمول قال واذا برجلين
ضعيفين كالعود البالي بحيفين (94) اشعثين اصفرين
دوي

(89) Proprie, *excussi manum meam a socio*, quæ formula solennis est, pro *repudiavi*, *deserui ejus societatem*. Conf. *Cl. Schult. Vindic. Orig.* p. 68.

(90) Corrupte in *Ed. Gol.* prostat هنمبت pro وهينمت, quod verbum factum est ab ipso derivato هينم, vel هينمة, *vox submissa*, *mussitatio*, quo sensu mox redit.

(91) *MS. Gol.* habet صوتة, vulgo omissum.

ex ordine agminis sui, aut secessisset de recto tramite viæ suæ, vel lucernis ac cereis adhibitis eos non invenire posset, neque ad suos rediret, nisi die resurrectionis. Dumque cum iis iter faciebam, debilitatus, fractus, & lassitudo sua vestigia mihi imprimebat, atque ægrotabam, & delassabar nocturno itinere, & a somno capiendo prohibebar, deserui comitem, & abii per viam amplam, ubi, quando solus eram, submissa voce legi Coranum magni æstimatum, cujus gustus & amor me fascinavit, & in altum sustuli annulis jaculatoriis gutturis mei [lectionem] *eratque sonus ejus dulcior, quam tenue carmen super fistula majori, & suavior, quam consortium poculi vini, frigida aura aquilonis temperati, mixtique saliva amasii.* Porro dixit: *ecce duo viri, debiles, veluti lignum vetustate corruptum, macilenti, impexi, præpallidi, pannis laceris induti, pulverulenti, qui me conspexe-*

(92) المقطوع *concisum*, *Schol.* exponit per شعر مـــركب الي النغم; sic, quod sequitur مرخيم, a *molli* ac *tenero sermone*, quem designat, speciatim transfertur ad instrumentum musicum soni tenerioris, quale est *fistula*, quo sensu مرخيم etiam videtur accipiendum p. m. 512. T. I. الموصول vero, sive *composita*, dicitur *fistula*, quæ *major* est.

(93) Conf. *Lette* in *Caäb.* p. 105.

(94) Gemina ratione hospitem inopem pingit *Harir. Conf.* v. p. 78. شعثا مغبرا *hominem impexum, pulverulentum*, & mox p. 82. مصفرا *præpallidum*, ubi vid. *Cl. Schult.*

ذوي طمرين اغبرين بصراني عن (95) جنب وعلقاني
علوق والوتد بالطنب فجعلا يراقبان احوالي ويستمعان
اقوالي فلما زمزمت زمزمتي وكففت هنيمتي وكتمت
في خزانة صدري جواهر كل ماتي وختمت بطابع
دعاي زواهر اياتي بكيا لماجاتي وامنا علي دعواتي
ثم اقبلا نحوي وسلما واهتزا لما سمعاه من تلاوتي
وترنما (96) وقالا احبا الله قلبك كما احببت قلوبنا
ومحوت بما سطرت في الواح صدورنا بحسن تلاوتك
ذنوبنا ثم انهما انساني بالخطاب وجارياني بالسوال
والجواب واذا هما من (97) صميم الجغتاي وخالص
عسكر تيمور ومن (98) ضبطي التتار وسنج الفتن
والشرور ثم سالاني عن (99) نجاري
ووجاري

(95) Mendoſe *Gol. Ed.* جني pro جنب *latera*, nempe *viæ*, quemadmodum eſt in *MS.* & poſtulat etiam rythmi ratio; reſpondet enim جنب *Sjonobi*, proximo طنب *tonobi*.

(96) Ita omnino cum *MS.* legendum eſt, in forma duali, pro قال *in Ed. Gol.* eſt enim *duorum iſtorum* ſermo.

(97) Ita *Harir. Conſ.* VI. p. 258. اسرتي الصميمة *cognatio mea ſincerisſima*; nimirum exponi ſolet صميم per بخلاص *purisſimum* rei, quod ipſum noſtro in loco ſubjungitur.

ſpexerant a lateribus viæ, mihique affixi manebant, veluti paxillus & funis, obſervantes actiones meas, & auſcultantes ſermonem meum, ac poſtquam modulationem meam peregi, & abſolvi muſſitationem meam, atque recondidi in gazophylacio pectoris mei gemmas ſermonum meorum, annuloque precationis meæ flores verſuum meorum obſignavi, ad orationem meam lacrymas fuderunt, & ad preces meas amen dixere. Tum propius ad me acceſſerunt, & me ſalutarunt, exſultantes & jubilantes ob lectionem meam, quam audiverant, & dixerunt: recreët Deus cor tuum, quemadmodum noſtrum recreaſti, & elegantia lectionis tuæ in tabulis pectorum noſtrorum exaratæ, delicta noſtra obliteraſti! tum familiarem ſermonem mecum iniverunt, & mecum, interrogando & reſpondendo, egerunt. Erant autem ambo illi ex flore delibatiſſimo Sjagatæorum, & exquiſitis militibus Timuri, & ex ſtirpe Tatarorum, & radice calamitatum atque malorum. Dein interrogarunt me de ſtirpe & ſede mea, nec non de comite meo in hoc itinere, tum

(98) Eſt, qui ſuſpicatur legendum eſſe ضبزي, ſed integerrima eſt recepta lectio, namque ضبضي & cognatum صبصي notant الاصل *ſtirpem arboris*, e qua germina emicant, quo nomine mox ſubjicitur سنخ *radix*, ſpec. *dentium*; ita enim legendum, pro mendoſo شنج in *Ed. Gol.* unde recte *Golius* ad hunc locum vocem noſtram explicavit per اصل, cujuſmodi *radix*, quando ad homines transfertur, *ſtirpum familias* deſignat. Vid. *Cl. Schroed. ad Orig. Hebr.* Cap. VII.

(99) Gemino uſu نجار *ſtirps*, & وجار *nidus*, pro *ſede patria* alicujus, ſupra habetur p. m. 192. T. I.

ووجاري وعن رفيقي في هذا السفر وجاري فاخبرتهما
عن مولدي ومحتدي (١٠٠) ومسقط راسي من بلدي
واني من اهل القران واني مع محمد سلطان فقالا لي يا
سيدنا الشيخ انما جينا اليك لتحسن الينا وانا سايلوك عن
شيء فلا تجد فيه علينا فقلت قولا وطولا فلن تجداني ملولا
فقالا يا مولانا هذا شيء يعنينا وان كان قد عنانا فكل
من اشتغل بما لا يعنيه فقد ترك ما يعنيه ووقع فيما يعنيه

ومن لم يعرف الخير من الشر يقع فيه .

فبالله يا سيدنا قل من اين تاكل فقلت علي خوان محمد
سلطان فقالا ماكول هذا العسكر حلال ام حرام ووبال
فقلت الغالب عليه الحرام بل كله والله مظالم واثام لانه من
التاراج (٢) والنهب والغارات والغصب والاختلاسات
والسلب فقالا والله يتنا امام
اجداد اسابنا الادب ان (٢) واجهناك هذا
الكلام

(١٠٠) Sic مسقط الرأس, *locus, ubi ſidit caput* hominis, ex utero nempe materno, *de loco natali* ſupra quoque uſu venit Cap. 1. T. 1.

(²) Vox eſt Perſica التاراج, quæ *direptionem* notat, huic loco aptisſima, nec a more noſtri ſcriptoris abhorret, vocabu-
lis

tum iis expoſui genealogiam meam, & originem meam, & locum meum natalem provinciæ meæ, & quod eſſem ex lectoribus Corani, & comes Muhammedis Sultani; mihique dixerunt: ó Doctor noſter venerabilis! ad te duntaxat venimus, ut bene nobis faceres, utque de re quadam te conſuleremus, neque id te adverſus nos exaſperet. Reſpondi libere, quamdiu placet, loquimini, meque nequaquam faſtidioſum reperietis; tum dixerunt: o Domine noſter! hoc male nos habet, & jam ante habuit: quicumque vero operam navat negotio, quod ad ipſum non ſpectat, & relinquit, quod ipſius intereſt, incidit in id, quod ipſum adfligat;

Et, qui non diſcernit bonum a malo, in illud incidit.

Dic itaque, per Deum! o Doctor noſter, undenam cibum accipis? reſpondi: ſuper menſa Sultani Muhammedis. Tum dixerunt: cibus hujus exercitus licitus ne eſt, an illicitus, & noxius? reſpondique maxima ejus pars illicita eſt: imo vero, per Deum! omne ejus eſt mera oppreſſio, & peccatum, quoniam ex prædatione, direptione, excurſionibus, rapinis, & ſpoliis colligitur. Tum dixerunt: per Deum! o antiſtes; profecto inhumani & importuni fuimus, quando tibi hunc ſermonem propoſuimus; vos vero cultores eſtis eruditionis;

lis Perſicis aliquando uti; non putem itaque ſollicitandam eſſe receptam lectionem, ut ſubſtituatur ثلرات, quod margini meo adſcriptum reperio.

(*) Mendoſe vulgo legitur واجهاك pro واجهناك prima perſ. III. ſpeciei verbi وجه in III. *ſemet alteri opponere, faciem alicui obvertere;* pro هذا vero malim بهذا.

الكلام ولكن انتم اهل العلم (³) شيمتكم العفو عن
الجاني والحلم وانتم اولى بجبر الكسير وفك الأسير
وتيسير الأمر العسير فقابل منا هذا القحص (⁴) بالصفح
ولا تعامل هذا الالحاف باللفح فقلت سلا ولا (⁵) تسلسلا
فقالا نسالك بالله الذي اصطفاك بخزن كلامه الذي
تعبد به عباده وبين لهم فيه معالم حلاله وحرامه لا
تواخذنا بما تهجمنا عليك به فان الشيخ المرشد
كالوالد الشفوق لا يواخذ ولده بقلة ادبه فقلت
كلا سلا ما شيتما وسلسلا مهما اردتما فقالا يا
سيدنا اما كان لك مندوحة عن مرافقة هولاء اللئام
والتعفف بالحلال استغناء عن الحرام
فقلت انى دخلت فيهم وانا مضطر
وخرجت معهم وانا كاره (⁶)
مجبر واكرهني محمد سلطان
وجايانيه

(³) Conf. de voce شيمة, *natura*, *Cl. Schult.* ad Harir. VI. p. 269.

(⁴) Est phrasis signata قابله بالصفح *excepit aliquem ignoscentia*, de qua plura dabit *Cl. Schroed. de Vestitu Mulierum Hebr.* p. 256.

(⁵) Verbum سلسل quadriliterum a سل *traxit, extraxit,* notat

ditionis; natura vestra est condonare delinquenti, ac mansuetudo; vestrum præ cæteris est instaurare, quod fractum est, liberare captivos, & negotium difficile facile reddere; excipe itaque nostram disquisitionem ignoscentia neque, mercedem bujus importunitatis constitue æstum iracundiæ; dixique: quærite, neque verbosiores estote; dixerunt autem: petimus a te per Deum, qui te elegit in custodem verbi sui, quod observandum dedit servis suis, & per quod declaravit signa liciti, & illiciti, ne culpam in nos conferas ob id, quo te adorti sumus, namque Doctor, qui rectam viam demonstrat, est, veluti pater indulgens & clemens, qui non irascitur filio ob tenuitatem eruditionis suæ; tum dixi: minime; quærite, quicquid velitis, & continuate sermonem, quomodo vobis allubuerit; & dixerunt: an non ampla tibi via patet relinquendi societatem hominum istorum malorum, & continentia in rebus licitis sufficere potest loco illiciti? respondi autem: utique veni ad eos, sed coactus, & exii cum iis, sed abhorrens, invitus, meque nolentem adegit Muhammed Sultanus, qui beneficentia, qua me excepit, ad pudo-

notat aliquid in longum extrahere, continuata serie, quod de *aqua* adhibitum ejus fluxum continuum; ad sermonem vero translatum ejus *continuationem* designat, ut in illo apud *Pocock. Sp. Hist. Ar.* p. 204. تسلسل الكلام *continuata est verborum series;* extra dubium hanc significationem ponit, quod mox sequitur, سلسلا مهما امر دتما.

(°) Pro مجبر *part.* IV. sp. quæ notat *invitum adegit*, proprie, *compactum constrictumque tenuit*, alia lectio habet مجبر *tractus*, qui *trabendo* invitus ducitur, part. VIII. sp. verbi جر *traxit*, *attraxit.*

وحاياني بما حباني من الاحسان فصحبتهم وعين ذاتي من
كحل الراحة (7) مرهي وحملتني فرسي في سفري كرها
ووضعتني كرها فقالا ارايتك لو امتنعت عن الخروج
اكانوا يريقون دمك وياسرون اولادك ويسبون
حرمك فقلت لا والله وحاشا لله فقالا اكانوا يحبسونك
ويضربونك وفي مقام المصادرة يجلسونك فقلت انا امنع
جنابا ان (8) يساموني خسفا وعذابا لاني حافظ القران
والقران حافظي من هذا الخسران قالا فغاية نعلهم معك انا
راوا تعززك وتمنعك انهم كانوا يشتمونك ويعمدون
الي معلومك فيقطعونك ويسخطون عليك ويمنعون برهم
الواصل اليك قلت ولا كانوا ايضا يفعلون كذا
وتعززي وتمنعي ما يحط من مكانتي عندهم الي هذا
الاذي ولكنهم حابوني فاستحببت وخادعوني فانخدعت
ولبتني ابيت فقالا لا يصلح هذا لك عذرا وحجة ولا يسلك
بك الي صحة الاعتذار بين يدي
الله

(7) مرهي, five مرهاء, quod malim, femininum eft τῦ امرة, quod eum notat, cujus *oculus defectu collyrii nigricantis*, five كحل, *vitium patitur*; proprietas nempe verbi مرة in *albedine splendente* pofita videtur, unde fluxit ifte ufus fecundarius, quatenus in laude ponitur apud OO. *oculus nigricans*, quem

pudorem me redegit, & eos comitatus ſum, ſed oculus eſſentiæ meæ vitiatus fuit defectu collyrii quietis, & equus meus me in itinere meo ægre portavit, & ægre me depoſuit. Tum dixerunt, putasne tecum, ſi te exiturum negaſſes, eos ſanguinem tuum effuſuros, liberos tuos in ſervitutem, & feminas tuas in captivitatem abducturos fuiſſe? reſpondi: non per Deum! Deus id avertat! an itaque, dixerunt, te in vincula dediſſent, aut te verberaſſent, aut male te tractaſſent? reſpondique, ego nobilior ſum, & dignior, quam ut ignominia, aut cruciatu me adficiant, namque cuſtos Alcorani ſum, & Alcoranus me cuſtodit ab hac noxa. Dixerunt maximum itaque, quod tibi feciſſent, quando viderent, te fortiorem eſſe & inacceſſum, ut convitiis te excepiſſent, & ſtipendium tuum abſtuliſſent, teque repudiasſent, tibique ſuccenſuiſſent, & benevolentiam ſuam, quam percipiebas, recuſaſſent. Reſpondi: ne hoc quidem feciſſent, & firmitas, atque fortitudo mea e gradu honoris, quo apud eos polleo, non deſcendiſſet ad hanc injuriam, verum blandis verbis me delinitum ad pudorem redegerunt, meque pellexerunt, & pellici me paſſus ſum, quod utinam ego recuſaſſem. Tum dixerunt: hoc tibi non ſufficit ad culpam removere

quem ea de cauſa *collyrio* illinunt, & contra vitio vertitur *albedo*, ſtibii neglectu orta.

(8) Mendoſe *Ed. Gol.* يسموني & ipſe etiam *Codex MS.* يستبيئون pro يسالمون; dicunt enim سلما سلمنا, quam formulam non uno in loco habuimus. Conf. Cl. *Schult.* ad *Hamaſ.* p. 589.

الله تعالي سواء المحجة فهلا جلست في مكانك واشتغلت بتلاوة قرانك ومطالعة علمك ومباحثة اخوانك (9) وفرغت بذلك عن الكلال وملات بطنك من الحلال واحتميت في حمي دينك عن هولاء اللئام واسترحت من (10) الاضطرار الي تناول الحرام مع انا سمعنا من امثالكم ما قد ضرب في امثالكم اهل القران وقاعدته اهل الله وخاصته وانهم (11) عتقاه بين خلقه وببركاتهم ادر سحاب رزقه وان السلاطين ملوك الناس اجمعين وانكم انتم ملوك الملوك والسلاطين واذا اعتقدكم الملك واعتقدكم الناس وصرتم (12) لانسان العالم بمنزلة القلب والكبد والراس ولم يبق لاحد عليكم سلطة ثم (13) القيتم انتم انفسكم بايديكم

(9) Ita recte *MS.* pro ووفرت بدنك in *Ed. Gol.*

(10) Mendose *Gol. Ed.* الاضطراب pro الاضطرار *coactio*, *necessitas*, quod series unice postulat.

(11) Corrupte *Ed. Gol.* عنقاوه pro عتقاه pl. a عتيق *antiquus*, & ipsa sua *antiquitate illibata venerabilis*, sic *aedes Meccana* بيت العتيق *domus antiqua* κατ᾽ ἐξοχὴν appellatur, &

movendam, nec ducet te ad excusationem probam coram Deo altissimo via recta; ecquid ergo non consedisti in loco tuo, occupatus in legendo tuo Alcorano, studioque doctrinæ tuæ, & disputatione cum fratribus tuis, qua ratione fatigationis immunis fuisses, ventremque tuum de licitis implevisses, & tutus fuisses in asylo religionis tuæ ab istis improbis, atque requievisses ab illa coäctione illicita sumendi, præterquam, quod audivimus de vestri similibus, quod vulgo de iis dici solet: Doctores Alcorani, quique eum recitant, sunt familia Dei, ejusque intimi; & præstantissimi inter creaturas ejus, & per benedictiones eorum agitatur, ut imbrem effundat, nubes largitionis ejus; sunt quidem Sultani. Reges hominum omnium, vos autem estis Reges Regum, & Sultanorum, & cum Deus vos libertate donaverit, homines quoque vos habent immunes, & homini hujus mundi vos estis loco cordis & hepatis, & capitis, nec cuiquam super vos relinquitur potestas, sed conjicitis vosmet ipsi in hoc præci-

& in ipsis sacris literis, *Dan.* VII. 13, Deus O. M. עתיק *antiquus dierum;* hinc عتيق de omni eo frequentatur, quod in suo genere excellit. Exempla dabit *Cl. Schult. ad Proverb.* p. 74. & *Rev. Lette* in *Caäb.* p. 118, sq.

(12) Turbat vulgatum الانسان in *Ed. Gol.* pro quo legendum omnino لانسان, in *dativo casu;* namque ipsum *mundum* considerat, ut *hominem*, cui præcipuorum membrorum usum præstant Doctores.

(13) Gemina est formula *Corani Sur.* II. 196.

جايديكم الـــي هذه الورطة وتهافتم علي التهالك تهافت الفراش علي النار وتشبثتم مع كونكم قادرين علي الخلاص باذيال الضر والاضطرار فكيف يصح هذا الاعتذار وانـــي ينجيكم هذا العذر من الملك الجبار وهل صرتم الا كما قيل

معاشر القرا يا ملح البلد ما يصلح (14) الملح اذا الملح فسد ٭

فقلت امّا اذا جرىرتما القضية فكلنا في هذه المصيبة سوية

بي مثل ما بك يا حمامة فاندبي
وقبل بي ما بك يا البان حمام ٭
انا بالقدود وانت بالاغصان ٭

فبكيا وانتحبا وتاوها والتهبا وتنفسا (15) تنفس الصعدا وقالا واين ما بين قصتنا وقصتك في المدا فورب الخافقين لن بين القصتين لبعد المشرقين ولكن مـــا للمقال مجال وما كل ما يعلم يقـــال وايـــن الســـر مـــن الاعلان وان الـــخطان لـــهـــا اذان فقلت هذا ايـــضا لبيس

(14) الملح omiſſum in *Ed. Gol.* proſtat in *MS.* Ceterum in hoc

præcipitium, & advolatis ad perniciem, veluti papiliones ad ignem. Quum liberi esse possitis, apprehenditis lacinias necessitatis & coactionis; & quomodo sufficiet hæc excusatio, & qua ratione illa vos liberabit a Rege præpotente [Deo] *& in vos omnino quadrat, quod dicitur:*

Coetus lectorum Corani; o Sal regionis! quid reparabit salem, si sal corruptus fuerit.

Tum dixi: *nonne, quando sententiam hanc profertis, nos omnes ea tangimur? ex æquo ad me spectat, meque fert fabula, quæ de te narratur, o columba! & in me quadrat, quod in te, o genista odorifera!*

Ego statura; tu ramis.

Tum ambo flebant, gemitus, & suspiria trahebant, ac præ indignatione spiritum ex imo pectore ducebant, & dicebant: quo modo non differret casus noster, & casus tuus magno interstitio? utique, per Dominum orientis & occidentis! interstitium duorum casuum est, ut oriens & occidens inter se distant; sed non est dicendi locus, nec quicquid cognitum est, eloqui licet, præstatque arcanum, præ divulgatione; namque

hoc versiculo nullo negotio licet observare imitationem dicti Domini nostri J. C. *Math.* VI: 13.

([15]) In codice MS. تنفس omissum; conf. de usu formulæ تنفس الصعدا *Cl. Schroed. de Vest. M. H.* p. 149.

لبسن بعنبده فلا نعدلا عن سواء المحبة فقالا نحن المضطرون
جبرا الماخوذون قهرا وقسرا وانا (16) مكتوبون في
الديوان مضافون الي واحد من اعيان الاعوان اذا ورد علينا
مرسوم بالبروز في يوم عيد مثلا او (17) نوروز ويكون
الخروج وقت الظهر وتاخر منا واحد الي وقت العصر
لم يكن له جزاء فيما ارتكبه الا الصلب او ضرب الرقبة
فضلا عن ضرب وشتم وشناعة او دفع عدل اوتقديم شفاعة
واين اذن عن قعودنا او تخلف او استتار بذيل توار
او توقف فنحن مدا (18) الدهر لمثل هذا مستوفزون وعن
مثل اضرابنا من هذا البلا متحرزون مصيخون ابدا لما
اشار وما امر عاملون بمقتضي رحم الله عن راي العبرة
في غيره فاعتبر ويا ليتنا امكننا التحويل عن مملكته
والرحيل عن اقليم ولايته وسلطنته وكيف لنا بذلك
وهي مسقط راسنا ومحل اناسنا ومحط ايناسنا وايلاف
رحلتنا ومزدرعات معيشتنا ومدرج ابايئنا ومخرج
ابنايينا ومقام قبايلنا وعشايرنا
ومثابة

⁝

(16) Ita recte *Cod. MS.* pro مكتسبون in *Ed. Gol.*

namque ipſi parietes aures habent. Reſpondi: hæc nondum eſt probatio, ne declinetis ergo a recta via. Tum dixerunt: nos vi coacti ſumus, & plane inviti ablati, atque inſcripti in albo militari, alicujus ex ducibus imperio ſubjecti. Quando ad nos venit mandatum de exeundo, verbi gratia, die quodam feſto, aut primo die anni, utque exitus fiat hora meridiana, & aliquis noſtrum moratur usque ad horam veſpertinam, non alia ei datur delicti ſui merces, niſi crux, aut cervicis amputatio; tantum abeſt, ut ſufficiant verbera, & convitia, aut dare compenſationem, & offerre interceſſionem; & quid ſimile tua & noſtra res? ſi reſideamus, aut reſiſtamus, aut nos abscondamus ſub lacinia occultationis, aut tergiverſationis; nos autem plerumque ſimile quid exſpectamus, & exemplo ſociorum noſtrorum cavemus nobis ab hoc malo, ſemper attenti ad ejus nutum, & facientes, quod jubet, quemadmodum exigit miſericordia Dei, de obſervando & capiendo exemplum ex alio. Utinam poſſemus exire ex ejus regno, & migrare ex regione dominio, ejus ſubjecta! ſed quomodo id poſſemus? cum ſit patria noſtra, & domicilium gentis noſtræ, & locus familiaritatis noſtræ, ubi adſuevimus iter facere, agri rebus ad vitam noſtram ſuſtentandam conſiti, via, qua patres noſtri commearunt, & liberi noſtri exeunt; ſedes tribuum, & familiarum noſtrarum, hoſpitium civium & hoſpitum noſtrorum. Quod

(17) نوروز vox eſt Perſica, q. d. *novum diem*, id eſt, *primus anni dies*, qui incipit apud Perſas ipſo æquinoctii verni die.

(18) Mendoſe *Ed. Gol.* دهم pro دهر *tempus*; quemadmodum mox p. 950, مدا الدهر.

ومثابة قاطننا (19) وغابرنا ولو غاب
من هوام قبايلنا (20) جدجد فضلا
عن بلبل او هدهد لجعف الباقين
سبل الظلم والحيف ولتحكم في
رقاب سايرنا صايل الموت بالسيف
فاما اذا برزنا وعزمنا على
المسير معه وتجهزنا فنسال كم سنة نغيب
واي جهة يريد ذلك المريد المريب
فناخذ (21) اهبتنا لذلك المقدار وكل منا ابن
عم الاخر وجار وله جرابه فيه سويقه ومعه
كلفة نفسه وفرسه وعليقه يصوم مدا الدهر
ويفطر على (22) ما يسد الرمق
ويلبس ما يستر العورة من رث الثياب والخلق
كل ذلك من زرع ايدينا وكدنا وما بذلنا فية من
عرق جبيننا والحلال غاية جهدنا
لا نتعرض لمال احد ولا لعرضه ولا (23) نقف في طريق

ابراهة

(19) Videtur legendum potius عابرنا *qui transit, hospes, peregrinator*, opposite ad alterum قاطن *incola, civis*, vel غابرنا, quod

Quod si ex bestiis tribuum nostrarum vel gryllus delitescat, nedum philomela, aut upupa, reliquos corripit torrens injustiæ & violentiæ, & pro arbitrio, gladio immisso in colla ceterorum, sævit tyrannus mortis; quando autem foras egrediendum est, & cum eo iter facere constitutum est, quærimus: quot annos nobis sit peregrinandum, & quorsum tendat iste suspicax pervicax? tum necessaria pro isto spatio sumimus, & unusquisque nostrum est alterius patruelis, atque vicinus, habetque suum marsupium, in quo polenta sua, suamque necessitatem cum eo communem habet, & equum, pabulumque, plerumque jejunans, & contentus eo, quod necessitati vitæ satisfaciat, & indutus vestibus laceris, quæ nuditati tegendæ sufficiant, quod omne provenit ex semente manuum nostrarum, & laboris nostri, & impensis sudoris vultus nostri; licitumque est summum nostrum studium in bello sacro gerendo; nullius bona, & facultates infestamus, per impor-

quod proprie *peregrinatorem* notat, unde de *gibbo camelino*, vere *peregrinatore*, speciatim frequentatur.

(20) جدجد *gryllus* est, sive *scarabæus*, qui noctu tinniendo susurrat, unde alias Arabibus صرصرة الليل dicitur, & ita solet delitescere, ut raro cernatur, unde in proverbium abiit, اكمن من جدجد, *magis latens, quam gryllus.*

(21) Minus bene *Gol. Ed.* اهبتة pro اهبتنا *apparatus*, speciatim *belli*, veluti *arma* & *commeatus*, quo sensu cum verbo اجن crebro in hac historia conjungitur.

(22) Geminam phrasin ما يسد رمق supra habuimus p. m. 596. T. II. Conf. *Cl. Schult. ad Harir.* IV. p. 29.

(23) Mendose *Gol. Ed.* نقق pro نقف, uti recte *Cod. MS.*, a قاف vel قفي *sectatus fuit.*

ابرامه ولا نقضه ولا لاحد عندنا نشب ولا
بيننا وبين احد علاقة ولا سبب ولكن يا
مولانا البلاء الطام والمصاب العام
ثم رقصا روسهما يمينا وشمالا (24) وارتعدت
فرايصهما هيبة وجلالا
وابيضت شفاههما (25) واسودت جباههما واخذا
في البكاء والعويل وانتحبا الانتحاب
العريض الطويل فوالله لقد ذابت نفسي
لديهما واستصغرت كبار المشايخ بالنسبة اليهما
وتفكرت فيما هما من شدة الامر
وعلمت انهما هما (26) القابضان بكفيهما
علي الجمر ثم تاوهت اها بعد اه وقلت بالله يا (27) اخواناه
وما هذا البلاء الطام والمصاب العام الذي ذكرتماه قالا
خيولنا ومواشينا (28) جواصل مهادنا وغواشينا نرفق
بهما

(24) Conf. geminam phrasin ترعد منه الفرايص p. 156. T. I.

(25) Corrupte *Ed. Gol.* واستودت pro واسودت, uti est in *MS.* specie IX. verbi سود. Conf. *Cor. Sur.* III: 106.

importunitatem ea non exigimus; nemo noſtrum fixas opes habet, non intercedit nobis cum aliquo neceſſitudo, neque propinquitatis nexus, verum tamen, o Domine noſter! idem malum omnes involvit, eademque adflictio omnibus communis eſt; dein commovebant caput ſuum dextrorſum & ſiniſtrorſum, atque contremiſcebant eorum ſcapulæ præ formidine, & reverentia, eorumque labia impalleſcebant, & nigreſcebant eorum frontes, & incipiebant flere & ejulare, atque in longum latum lamentabantur; & profecto per Deum! anima mea eorum cauſa liqueſcebat, atque, eorum habita ratione, parvi faciebam maximos præſules, & mecum reputabam difficultatem, in qua verſabantur, & agnoſcebam, eos ſuismet manibus prunas recepiſſe, tum gemitus poſt gemitus ingeminabam, & dicebam: per Deum, o fratres! quodnam hoc eſt malum prævalens, & communis adflictio, cujus mentionem injeciſtis? reſponderunt: quod ad equos noſtros, & jumenta, portantia ſtrata & tegumenta, illis parcimus in oneran-

(26) Proverbiale eſt *prunas recipere*, pro *ſuſcipere aliquid moleſtum & carni durum;* quo tendit illud dictum *Muhammedis* الغابض دينه كالقابض علي الجمر, *qui religionem ſuſcipit, eſt veluti, qui prunas ſuſcipit*, quatenus dura carni eſt ſtricta religionis obſervatio.

(27) Obſervetur pleonasmus adfixi ه in اخواتاه, vel potius اخـــــوتـــــاه qui ex elegantiis linguæ eſt, prout nos dicimus, *zyn Majeſteit.* vid. *Cl. Schult. animadv.* p. 135, ubi hujus obſervationis ope illuſtravit locum *Elmacini*, Erpenio non intellectum.

(28) Ita recte *Cod. MS.* pro وجواصل in *Ed. Gol.*

بهما في التحيل وما (29)
نركبها الا وقت الاعياء في الرحيل وامر (30)
قصتها قصم ظهورنا واعجز
امورنا (31) واضطرنا الي الخوض
في دماء المسلمين واموالهم والجانا
الي رعي زرعهم وتحمل وبالهم
وما ندري كيف المخلص واني ننجوا من ذا
المقنص فبالله يا سيدنا
الشيخ هل تجد لنا في هذا الامر الغالي رخصة او
هل من قطرة برود تطفي هذه الحرارة وتسكن شرق
هذه الغصة فقلت لا والله الا عناية الله وايم الله لقد
اشبعتماني شرا وجرعتماني (32) صبرا ومقرا واوسعتماني
نكدا وضرا وكان هموم ما بي من نصبي
وعذابي تكفيني والي يوم تكفيني فقد زدتما
بلاء علي بلائي وعناء (33) علي عنائي فبالله من انتما وما
اسماوكما

(29) Mendose adfixum dualis numeri هما in *Ed. Gol.* huic voci, & bis adhuc deinceps additum, pro ها. Respicitur autem ad clementiam, quam Musulmanni credunt observandam

esse

onerando, neque diutius iis inequitamus, quam ad tempus fatigationis in itinere; ſtatus eorum ita nobis curæ eſt, ut terga noſtra quaſi frangat, & res noſtras ad incitas redigat; cogimurque ad immittendos nos in ſanguinem, & bona Muslimiorum, atque adigimur ad depaſcendam ſegetem eorum, & ferendam eorum moleſtiam, neque novimus effugium, & qua demum ratione evadamus ex hoc laqueo; an itaque per Deum, o venerabilis noſter Doctor! nobis invenis in hoc negotio magni pretii aliquam indulgentiam, aut guttulam frigidam, qua æſtus hicce reſtinguatur, & ſedetur ſuffocatio hujus anxietatis? reſpondi: non per Deum? præter gratiam Dei; utique, per dextram Dei! vos me malo ſaturaſtis, mihique Aloen amaram abſorbendam dediſtis, & copiam doloris atque adflictionis mihi præbuiſtis: ſatis mihi curarum erat, quæ me adfligant, & dolorem mibi adferant ad diem usque ſepulturæ meæ, nunc autem adflictionem adflictioni meæ additis, & moleſtiam moleſtiæ meæ; per Deum! autem quinam vos eſtis, quomodo appellamini, &

eſſe erga jumenta ſua, ne die nimirum judicii de injuriis ſibi illatis querantur.

(30) Alia lectio habet امر قضبهها, *negotium pabuli eorum*, ſive *cura ejus prægravat*, & *frangit dorſum*, id eſt robur noſtrum.

(31) Corrupte *Gol. Ed.* واضطرنا.

(32) Utrumque صبر & مقر ſpeciatim *aloen* deſignat; صبر nimirum a vi ſua adſtringente dicitur, quam proprie thema صبر exprimit; ita pro voce ἄψινθος Arabs Erpen. *Apoc.* VIII: 11. صبرا adhibet.

(33) *MS. Gol.* pro علي habet فوق, ſenſu eodem.

سماوكما (34) وفي اي قطر
ارضكما وسماوكما ومع من
انتما فحيثما ما جيتما فخبراني
ولا تخبراني لاجي في كل
وقت اليكما واوذن بالسلام
عليكما فقالا يا مولانا الحمد
لله الذي بروئيتك حبانا ان معرفتنا
لا (35) تجديك شيا ولا تبرك وعدم المعرفة
بنا لا يوذيك ولا يضرك والغالب
على ظننا يا مولانا انك بعد
اليوم لن ترانا وان قدر اجتماع
فنحن نسعى على روسنا
اليك (36) وخليفتنا الله والسلام
عليك ثم ودعاني وما وقفا
واودعاني الم الفراق وانصرفا
هذا من البحر قطرة ومن الطود
ذرة ونسال الله سبحانه وتعالي ان
يصون عن الزلل اقوالنا وعن الخطل
والخلل

(34) Ita omnino legendum ex *MS. Cod.* pro سماوكما, quod ipsum mox sequitur.

& ubinam eſt tractus terræ veſtræ & coeli veſtri, & cujusnam ſocii eſtis? ita ſalvi ſitis, quoad vivitis! id mibi ſignificate, neque me incertum relinquite, ut quandocumque ad vos venire, vosque ſalutare poſſim; tum dixerunt: o Domine noſter? laus ſit Deo, qui tuo conſpectu nos beavit: notitia noſtrum nullo tibi uſui futura eſt, nec te quicquam juvabit; & nos non cognitos habere nullum tibi damnum, detrimentum nullum tibi adferet, eſtque nobis veroſimillimum, te poſt hunc diem nos nunquam conſpecturum eſſe; ſin forſan in uno loco congregari dabitur, ipſi ad te veniemus, interim loco noſtrum Deus, & pax tecum ſit! dein absque ulteriori mora me deſeruerunt, mibique dolorem ſeparationis relicto, redierunt. Hæc guttula eſt de mari; & pulvisculus de monte; & precamur Deum O. M. ut ſermonem noſtrum cuſtodiat ab hallucinatione, & actiones noſtras & ſtatum noſtrum a levitate &

(35) Minus bene vulgo legitur تجذيكى pro تجديكى, ut ſupra p. 506. T. II. كان يجديه النذور, a جدى *uſu fuit, profuit*, ejusdem originis cum جاد *bonus fuit*, cujus proprietas *in copioſo & largo fluxu.*


(36) Eſt formula conſolationis الله خليفتنا *Deus ſit vicarius noſter!* ſic in conſolatione propter obitum patris dicere ſolent: كان الله خليفة *Deus ſit vice* ejus.

والخلل افعالنا واحوالنا (17) وحسبنا الله ونعم الوكيل .

Codex Picquesianus his, in quibus desinit *Ed. Gol.* addit:


اخره والحمد لله رب العالمين وصلي الله علي سيدنا محمد واله وصحبه وسلم.

(17) Additur post واحوالنا in alio Codice بمنه ويمنه.



& vitio ! *Deus nobis sufficit, & o optimum illum protectorem!*

Finis libri: *laus sit Deo Domino seculorum, ejusque benedictio & pax super Dominum nostrum Muhammedem, familiam, & socios ejus!*



AHME-

AHMEDIS IBN ARABSCHÆ



SIVE (1)

ORATIO FINALIS,

HISTORIÆ TIMURI SUBJECTA.

(1) Quod in Bibliothecarum scriniis huc usque delituit, auctoris nostri ἐπίμετρον, nunc fidem datam persoluturus, publici juris facio, ex apographo codicis Byzantini, A. Heg. 1024. nitide satis exarati, quem inter κειμήλια sua servat Vir Cl. *E. Scheidius*, doctaque sua manu accurate descriptum, pro insigni sua humanitate, mihi impertivit. Eodem beneficio consulere mihi licuit exemplum codicis, qui fuit olim Cl. *Golii*, nunc est *J. J. Schultensii*, V. C. in oriente exarati, circa A. Heg. 945, id est, æræ Christ. 1539, & collati cum apographo codicis *Picquesiani*, qui in Bibliotheca regia Parisiensi adservatur. *Picquesiano* huic

huic codici amplior præfixa eſt epilogi noſtri inſcriptio; namque voci خاتمة, quam ſolam in reliquorum fronte expreſſam reperimus, addit præterea وفي سبب وضع الكتاب والله اعلم بالصواب احمد الله مولعه وناظمه ومن عليه بحسن الخاتمة.

id eſt: *de cauſa hujus libri; Deus vero edoceat viam rectam! præſtet Deus auctorem ejus, & qui eum apta ſerie compoſuit, laude dignum, eique benigne concedat bonum finem!*



خاتمة

بسم الله الرحمن
الرحيم

الحمد لله الذي ادب عبده احمد فاحسن تاديبه، وخصه (2) ان رباه يتيما (3) وادناه غريبا بكل يتيمة وغريبة واظهر له في (4) بيان بديع المعاني منهج كل فن واسلوبه فاعجب اهل زمانه ان (5) اعجزهم بما اتاهم به من كل اعجوبه احمده حمدا انفتقت (6) في رياض الايه انوار فصاحته واشكره شكرا انعبقت في رياض نعمايه ازهار بلاغته ❊ واشهد

(2) *Cod. Schult.* legit ان ربة.

(3) Idem وانشاه.

(4) بيان, quod in noſtro deëſt, ex *Codd. Schult.* & *Picq.* reſtitui.

(5) Obſervari meretur ſingularis uſus, quo verbum اعجز *impotentem reddidit*, nunc ſpeciatim notat, *impotentem reddidit ad imitandum, reique magnitudine in ſtuporem conjecit*, unde
deti-

O R A T I O
F I N A L I S.

IN NOMINE DEI, MISERATORIS MISERICORDIS!

Laudatus ſit Deus, qui ſervum ſuum bonis literis imbuit, pulcramque fecit ſuam diſciplinam! cui proprium eſt curare orphanum, & adducere peregrinum cum omni orphana & peregrina. Qui oſtendit ipſi, in exponenda rariori eloquentia, viam regiam omnium ejus ſpecierum ac modorum, atque adeo in admirationem rapti ſunt homines ejusdem ætatis, quando eos obſtupefecit omnibus miraculis, quæ iis produxit. Laudo eum laude debita, propter lumina facundiæ, per hortos gratiæ ejus diffuſa, gratiasque ei ago pro floribus eloquentiæ, in hortis beneficentiæ ejus perennantibus. Teſtor item, nos

derivatum معجزة ſignificat *inimitabile quid*, *miraculum*; quomodo de *miraculis Muhammedis* adhibetur p. m. 502. T. I. Confer geminum locum *Haririi Conſ*. VI. & ibi *Celeb. Schultens*. p. 197.

(6) فيه quod eſt in *Byzant*. non legitur in *Codd. Picqueſ*. & *Schult*.

واشهد ان لا اله الا الله وحده لا شريك له شهادة طابق خبرها الواقع والاعتقاد، واسندت الــــى حقيقة الصدق فصارت (7) حقيقته الاسناد، (8) فتمنطق الايمان باقوالها، وتعلق الاســـلام بافعالها. واشهد ان سيدنا محمدا عبده ورسوله الذي انشاء اخبار بعثته عـــلى التوحيد، وقصر (9) نصل رسالته على وصل الاخلاص بالتعبيد، صلى الله عليه صلاة باقية بقاء اعجازه، موصولة (10) بطنب الاطناب ووصل مصبح الكلام بايجازه، وعلى اله واصحابه، شموس سماء الفصاحة، وبدور افلاك البلاغة، وسلم تســـلـــيـــمـــا كثيرا

(7) Sine adfixo *Cod. Schult.* legit حقيقة, ut fenfus fit, illam teftificationem de Deo uno evafiffe vexillum traditionis; notat enim الاسناد *allegationem dicti, quod alterius auctoritate nititur*, ut in illo: اشتهر اسناده p. m. 604. T. II. الحقيقة vero frequens eft de *vexillo*, quod quis tueri debet.

(8) Cod. *Schult.* فنطق; *Picq.* فتنطق; unice vero placet noftrum فتمنطق, quæ fpecies eft reciproca verbi نطق, aucti per *Mim Heëmanticum*, ut ex سكن habes مسكن, & inde يتمسكنون *paupere/cebant.* 2 *Sam.* III: I. Ita a nomine منطق, quod *zonam*, *cingulum* fignificat, ductum verbum منطق, & noftrum تمنطق *Zona fe cingere*, quomodo adhibetur *Marc.* I: 6. de *Johanne Baptifta* وكان متمنطقا باديم على حقوية *eratque fuos fibi lumbos cingens corio.*

non alium esse Deum, quam unum illum, cui nullus est consors, testificatione, cujus declaratio convenit cum rei veritate, & recta fide, atque innititur ipsissima veritate, evasitque veracitas ejus fundamentum traditionis, & confessione ejus vera religio, veluti zona, constringitur, & a praxi ejus orthodoxa fides [Islamismus] suspensa est. Testor quoque, Dominum nostrum Muhammedem ejus servum esse, & legatum, qui composuit relationem missionis suæ ad professionem unius Dei, & adstrinxit decisionem legationis suæ ad consequendam sinceritatem in cultu Deo exhibendo. Benedicat ei Deus, dum durat vis ejus miraculosa, benedictione perenni, quam connexam stylo diffuso facundissimus compendiosam reddat; & familiæ, sociisque ejus, qui soles fuerunt in coelo eloquentiæ, & plenæ lunæ in orbibus facundiæ, sitque super eos salus copiosa!

His

(9) Ita ex *Cod. Schult.* malim legere, pro ووصل, quod in nostro habetur, & mox التعبيد, pro التقبيد; quemadmodum, punctis Diacriticis aliter subjectis, hæc vox ibidem effertur.

(10) In *Byzant.* nostro iterum ex diversa ratione, puncta appingendi, ortum est بطايب quod in utroque altero codice scribitur طنب; est autem الاطنب طناب *funis extensionis*, quem eleganter tribuunt *stylo sublimiori*, & *diffuso*, unde & mox opponitur ايجاز (ut recte legit *Picq.* pro vitiose اعجاز) quod notat *sermonem compendiosum & nervosum.* Confer geminum locum p. m. 314. T. II. ubi طريق الاطناب الممل opponi videmus ما خذ الايجاز المخل. Ipsum vero verbum اوجز de *compendiose structa oratione* habet *Harir.* VI. p. 196.

كثيرا (11) امـــا بعد فيقول العبد المفتقر الـــي مولاه، المعترف بتقصيره وخطاياه، والمغترف من (12) بحر كرمه وعطاياه، الراجي في حدايق المغفرة ثمرة العفو (13) عما جناه، احمد بن محمد بن عبد الله، (14) الحنفي مذهبا، العجمي لقبا، الدمشقي مولدا، السني معتقدا، عامله الله بما كـــان اهله، وحفظ عليه دينه وعقله، لما كانت الدنيا دار انتقال، ومحل تغير واضطراب، قدمت علي الاخري للاكتساب، اما (15) لجزيل الثواب، واما لوبيل العقاب، وكـان سيرهـــا (16) سريعا الاحثاث، واذا مات ابـــن ادم انقـطـع الا مـــن ثلاث، اردت ان يخلد لي ذكر، ويجول لي فـــي خواطر الاخرين فكر، لعل (17) رحمة تتبعني، او دعاء صالح ينفعني، فـــنـاداني لســـان الحـال، لا خيل عنـــدك تهديها ولا مـــال، واما

([11]) Deëst in *Byzant.* كثيرا, sed apposite legitur in *Schultens*: ut in eadem formula p. 8. T. 1.

([12]) Cod. *Schult.* in pl. n. بحار.

([13]) Ad verbum sonat dictio Arabica: *fructum ejus, quod decerpserit*, sed in malam partem جني sæpe absolute accipitur, atque valet: *crimen patravit.* Conf. *Harir.* iv. p. 39.

His ſolemnibus præmiſſis, alloquetur ſervus indigus Dominum ſuum, confitens defectus ſuos, & peccata ſua, hauriensque ex mari liberalitatis & munificentiæ ejus, ſperans in hortis condonationis fructum veniæ delictorum ſuorum, *Ahmed Fil. Muhammedis*, *Fil. Abdallæ*, Hanifæus ſecta, Perſa cognomine, Damascenus, quod ad patriam, Sunnita fide, cui Deus pro meritis retribuat, ſervetque ei religionem ſuam, & mentem ſanam! Quandoquidem hic mundus eſt manſio revolutionum, & hoſpitium alterationis tumultusque, præcedens alteri vitæ ad lucrandum, ſive præmium copioſum, ſive grave ſupplicium, atque iter ejus promtum ad curſum citatiſſimum, & quando moritur filius hominis, finitur opus ejus, præterquam de tribus, ideo optavi, ut ſempiterna mihi maneat memoria, & de me recurrat in animis poſterorum cogitatio, cujus miſericordia forte me proſequatur, & bona apprecatio mihi proſit Acclamavit vero mihi lingua ſtatus: *Non eſt penes te equitatus, qui te deducat, neque opes.*

Quod

(14) بن عربشاه minoribus literis *Picqueſiano* exemplo inſertum reperitur.

(15) In. *Schult.* cum ? conſtruitur بنجـــزيـــل & mox بوبيل.

(16) Ibidem مريع الاحتثان *fertile curſus citatisſimi*; verbum autem حث proprietatem ſuam habet ab ipſo ſono, quo **in excitandis feris** utuntur.

(17) مرحمثة *Picques*: pro ſimplici مرحمة.

واما الاولاد فليت صالحهم كفاني شره ، ووازن في (18)
حباتي نفعه وضره فلم يبق الا علم ينفع ، او امانة ترفع ، وقد
صنع العلماء في كل فن من العلوم ما بلغوا به الغايه ،
وقد تدرجوا في تقريره وتحريره من البداية الي النهاية ،
وعبروا معانيه متونا وشروحا ، وبينوا فحاويه
خفاء ووضوحا ، مع ان دروس العلم قد درست ،
وحدايق رياضها ذبلت ويبست ، وصار الكلام فيها
عبثا ، والمستوي في تحقيقها وتدقيقها نبا ، ولم
يبق لطالب العلم (19) بها انتفاع ، الا انه اذا
احتاج الي القوت عرض كتبه لتباع ، غير ان (20)
كبراء العصر ، ورؤساء الدهر ، وبقايا الاكياس ،
متشوفون لتواريخ الناس ، ومتطلعون لمعرفة [احوال] من
ساس ، من (21) ذنب وراس ومترشفون لسالف الاخبار ،
كيف كان امر الناس فيه وصار ، ولم
يكن فيهن (22) مضي من هذه الامة
وانقضي

(18) Ita ex *Codd. Schult.* & *Picq.* pro حباته in *Byzant.*

(19) *Cod. Schult.* وبه.

(20) *Picq.* بعض كبرا.

(21) Ad verbum sonat *ejus, qui cauda & caput est*, quomodo supra p. m. 682. T. II. روس والاذناب *capita & caudæ* ponun-

Quod autem ad liberos; utinam probus eorum mihi compenſaret ejus malitiam, & par eſſet in vita mea ejus emolumentum, & noxa. Nihil autem reliquum manet, niſi doctrina, quæ utilis eſt, & [docendo] prodeſſe, quod in altum tollit. Certe docti libros compoſuerunt in omni genere ſcientiarum, in quo omne punctum tulerunt, & progreſſi ſunt in expoſitione & accurata conſcriptione ab initio usque ad finem, & manifeſtum fecerunt ſenſum, quod ad textum, & commentarium, atque elucidarunt argumentum, tam abditum, quam evidens. Nihilotamen ſecius palæſtræ eruditionis obliteratæ ſunt, & horti ejus jam emarcuerunt, & exaruerunt, & ſermo de ea evaſit difficilis, & nobile ſtudium, in ea certius exploranda, ſubtiliusque elimanda, crudum, neque relinquitur ſtudioſo ejus utilitas, niſi ut, ſi victu indigeat, ſcripta ſua exhibeat Mecænatibus, præterquam quod magnates & proceres ſui ſæculi, & pars præſtantior eruditiſſimorum avide expetant annales hominum, propenſoque ſtudio captent cognitionem ſtatus eorum, qui imperant, infimorum & præcipuorum, atque extremis labiis ſorbere cupiant res ante geſtas, quale tunc fuerit, & quem exitum habuerit negotium humanum. Inter eos autem, qui ad plures abierunt ex hac multitudine, & mortui ſunt,

ponuntur pro *plebejis*, & qui *magiſtratum gerunt.* Ejusdem metaphoræ exemplum in ſacris literis reperitur *Jeſ.* IX: 13.

(22) مضي *præteriit*, & انقضي *finitus eſt* de eo, *qui diem ſupremum obiit*, ad eandem rationem conjungi videas in *Excerptis Hamaſæ* p. 564.

وانقضي من متغلبيها (23) وبغاتها، ومتمرديها وطغاتها،
مسلميها وكافرها، مقسطها وجايرها، عانبها (24)
وموانبها، مصائبها ومعاديها، صالحها وطالحها، سانحها
وبارحها، غابرها ودارجها، عابرها وخارجها، مثل
ذبوبي الاعرج، ولا (25) اعبر منه في العتو ولا اخرج،
سيرة كلها عبر، وكل عبرة (26) منها بسبر، امورة (27)
اظهر من ان تخفي، وما اضرم به من قبايل الفتن شرقا
وغربا اعظم من لن يطفا، فقصدت ما ذكرته، وذكرت
ما قصدته، وتوخيت الابانة والاعتبار، لا التفاخر
والاشتهار، فاعترضتني نوايب الخطوب، وكثرت دون
مرامي انسباب العطوب، وجبهتني يد (28) الردع،
وصدمتني (29) قارعة المنع، بان اكتب
الكباير، في هذا الدهر الداير، ادب
اديبه،

(23) Pro وثعاتها in *Byzant.* unice quadrat, quod ex *Picques*: & *Schult.* repofui وبغاتها plur. a باغي proprie, *quærens cum æstu & inquietudine*, hinc *tyrannus infolens*, ut fupra p. m. 344. T. I.

(24) Ita recte *Byzant.* pro corrupto وموليتها, & عايشها in Cod. *Schult.* & *Picq.* Namque captat in his auctor ὁμοιοτέλευτα, fed fignificatione fibi contraria, cujusmodi elegantiis mirum in modum delectantur aures Arabicæ. Ut autem الموانب

ſunt, præpotentes & tyranni, contumaces & inſolentes, ſive Muslemii, ſive infideles, juſti & injuſti, ſtrenui & ignavi, ſinceri amici, & hoſtes infeſti, probi & improbi, qui a ſiniſtra, & dextra prodeunt, abeuntes & progredientes, tranſeuntes, & peregrini, nemo fuit ſimilis *Timuro* claudo, neque præ eo longius provectus eſt, proceſſitque in inſolentia. Tota ejus agendi ratio exemplorum loco eſt, quibus quis admoneatur, & omne exemplum ejus pro ſpectaculo. Res ejus geſtæ illuſtriores ſunt, quam ut occultari, &, quod incendit de generibus malorum, orientem & occidentem verſus, vehementius eſt, quam ut exſtingui poſſit. Mihi itaque propoſui, quod memoria tenui, & memoravi, quod intendi, atque operam dedi utilitati & admonitioni; non gloriæ & famæ. Sed oppoſuerunt ſe mihi viciſſitudines negotiorum, & ſuper propoſitum meum deſtrinxerunt dentes calamitatum, atque frontem mihi percuſſit manus repulſionis, & in me impegit adverſitas impedimenti. Dum in hoc ſeculo volvente pro maximo magnorum criminum habetur humanitas hominis liberaliter educati, aut præſtantia ſapientis, aut doctrina eruditi, præſertim peregrini. Certe

الموانى *ignavum* notat, a ونى *torpuit*, ita contrarium ejus nunc eſt العانى, quatenus عنى inter alia notat, *ſtudium & laborem alicui rei* adhibuit.

(25) Ita malim ex *Schult.* legero pro اعمى, quemadmodum hæc vox expreſſa eſt in *Byzant.*

(26) *Schult.* plenius منها فيه سبر.

(27) Ita recte *Schult.* pro اعظم, quod mox redit.

(28) Al. البربوع, & mox pro المنع legit الممنوع.

(29) قارعة propr. eſt *pulſatrix*, ut in inſcriptione Sur. CI. hinc *adverſitas*, *malum*, quaſi *commovens & percellens.*

اديب، او فضل اديب، او علم عالم لا سيما غريب،
لغير كره الاديب والعقبة، كراهية التحريم لا التنزيه،
وقد تقرر هذا في (30) الاذهان ورسخ، ولهم الذنب ان
يداهم او (31) كتاف دوهم نفخ، ثم ذكرتني شاني،
وخاطبتني بلساني، (32) وقالت

انصرف (33) غض العمر في طلب العلا
فتظمي اكبادا وتسهر اعينا،
تقاسي صروف الدهر فقرا وغربة
وبعدا عن الأوطان القلب موهنا،
وعيلة اطفال ضعاف كانهم
جوازل زغب (34) انهكتها يد الضنا،
ففي مثل تلك الحال ما كنت ضايعا

وكنت

(30) Al. الأوقات *ſtata tempora.*

(31) Ita videtur omnino legendum pro كسار in *Byzant.* & corrupto كتاو in *Schult.* & *Picq.* Quod vero ſequitur نفخ *inſpiravit*, ſpeciatim malo ſenſu frequentatur, ut in formula illa recepta, quam ſupra habuimus p. m. 826. T. II. *Satanas nares ejus inſufflavit*, الشيطان في خيشومه نفخ conf. T. II. p. 208.

Certe invifus eft eruditus, & legis peritus faftidio interdictionis, quæ non abducit a turpitudine, & profecto hic firmus & fixus manet in animi fententia; ipfis vero [*tam perverfis eruditionis arbitris*] imputanda fuerit culpa, fi forte eos conftrinxerit aut vinculum aliquod difficilius, aut faltem fufpicio male infufurrata; tum in memoriam mihi revoacvi ftatum meum, & lingua mea me affatus fum, dicens:

Num impendes recentem vigorem ætatis in quærenda celfitudine?
Emaciabis autem jecora, & vigiliis excruciabis oculos.
Eduraturus viciffitudines fortunæ in paupertate & ftatu peregrini,
Procul a laribus, corde languens,
Et inopia parvulorum debilium, ac fi effent
Pulli columbarum lanuginofi, quos excruciat vis morbi,
Neque tamen in fimili ftatu delinquebas,

Sed

(32) وقالت شعر *Schult.* & *Picq.*

(33) Notari meretur fpecialis hic ufus vocis غض, quo adhibetur ad fignificandam *recentem vigorem juventutis alacrioris.* Conf. *Schult.* ad *Har.* VI. p. 230.

(33) Ad eandem rationem apud *Bohad. in vita Saladini* p. 132. habes وانهكك التعب والسهر البلد, & apud noftrum p. 242. T. II. فنهككهم السبر.

وكنت بنفس فقرها واسع الغنا،

الي ان حباك الله فضلا ورفعة

وحزت فنونا من علوم لها سنا،

فصرت عزيزا في البرايا مكرما

وطار الى (35) الآفاق من صيتك الثنا،

وقد سل فوق الراس سيف مشيبة

وهل بعد هذا غير (36) معتبك الفنا،

اتخشي ضياعا بعد ذاك وعيلة

فترهب من فقر وترغب في الدنا،

فتبذل (37) وجها طالما مني (38) ماوه

لك الله لا تفعل (39) وكن متمكنا،

وهل في الورى من يرتجي لملمة

وان قيل من المكرمات يقل انا،

فضن عن جميع الخلق نفسك واتكل

علي الله مولي لم يزل بك محسنا،

فما

(35) *Cod. Picq.* الي الافاق من الافاق

(36) *Cod. Schult.* & *Picq.* معترك, *aciem instruet* pernicies, quod aptissimum huic loco.

(37) Ita quoque *Cod. Picq.* sed *Schult*, فتبذل.

Sed eras in ipsa paupertate abunde contentus,
Donec Deus tibi dederit præcellentiam, *& celsitudinem*,
Atque tibi comparaveris splendidiora scientiarum genera,
Quibus fias inter homines gloria [&] *honore nobilitatus*,
Et usque ad extremos mundi fines volitet famæ tuæ encomium.
Jam vero super caput destrictus est gladius canitiei,
Et nonne post hanc mutationem contexetur pernicies?
An metues famem deinceps, *& inopiam?*
Ac timebis paupertatem, *atque avide expetes bona caduca hujus mundi?*
Num itaque prodiges [mutabis] *vultus serenitatem*, *quamdiu ejus splendorem concedit*
Tibi Deus? ne facias, *sed præsta te virum.*
Num quidem reperitur *inter homines*, *qui metuens* grave *infortunium*,
Quando dicitur: quisnam ad actiones generosas [præsto est] *respondebit: ego?*
Custodi itaque temet ipsum ab omnibus hominibus, *& fiduciam colloca*
In Deo, *Domino*, *qui nunquam cessabit tibi benefacere.*

Dum

(38) Pro منتث in *Cod. Picq.* suspicor legendum منى, idem nunc cum قصر, *dedit certa quantitate*, *certoque modo.* In nostro vero, nec non *Schultens*: exstat صنبث, quod minus huic loco aptum videtur.

(39) *Picq.* وكنبث.

فمـا ثم ذو فضل بصدر منشرح ، (٤٠) نحط عنك واسترح ،
فتـضاعـف الحال (٤١) تشتيتا ، وذلك زاد (٤٢) الكبد
تفتيـتـا ، (٤٣) وارتبكت في عزمين ، واشتبكت بين
همين ، بين ان (٤٤) اسكت فاصبر ، واقول فلا (٤٥) يسمع
فقدمـت رجـلا (٤٦) واخرت اخري ، واستنهضت (٤٧)
جواد فكري (٤٨) كرا وفرا ، (٤٩) فقواني صدق النية
فيـما هممت ، وخلوص الطوية علي ما عزمت ، وجمعت
مـن بـال متفرق ، والفت من فكر متمزق ، من
قضايـا

(40) Cum استراح ſupra quoque conjungitur p. m. 594. T. II. in illo: وحط عنه واستراح; de uſu vero verbi سرح, cujus octava ſpecies, hic uſurpata, e Lexicis exſulat, conf. ad *Harir.* IV. p. 35. & noſtri locum p. m. 826. تسرحوا منزهات الاقاليم &c.

(41) التشتيت *diſſipatio* ex uſu recepto infert tum *opes diſperſas*, tnm *diſperſionem a Laribus & familia*, ut in illa formula apud *Harir.* VI: 218. اجمع لك شتاتا.

(42) *Jecur contuſum* ab Orientalibus commemorari ſolet, ubi *gravis dolor* exprimendus. Ita بكبد مرضوضة habes apud *Harir.* V. 144. & apud noſtrum p. m. 666. T. II. ففتت لذلك كبدك.

(43) *Cod. Byzant.* وارتكبت, *inequitavi;* ſed rectius *Schult.* & *Picq.* وارتبكت VIII. ſp. verbi ربك *commiſcuit*, & paſſive *turbatus, confuſus fuit*, unde ſupra p. m. 892. وحالي ارتبكت.

Dum autem ad finem pervenit posſesſor excellentiæ pectore hilari, teque miſſum fecit, & libere paſtum ivit, atque geminata fuit diſſipatio ſtatus, idque jecori adflictionem auxit, perplexus fui in gemino propoſito, & anceps hæſi inter duplicem ſolicitudinem, utrum tacerem, & delinquerem, an loquerer, neque audiret [audirem.] Pedem vero promovi, & retroreliqui, quod a tergo erat, atque faſtoſe incitavi equum generoſum attentionis meæ, meque corroboravit ſinceritas intentionis in eo, quod me ſollicitum habuit, & puritas propoſiti in eo, quod deſtinavi, atque adeo collegi ex animo diſperſo, & conjunxi ex meditatione dilacerata longam latam particulam de rebus geſtis *Timuri*, & validius

(44) *Cod. Picq.* استكت فاضبع.

(45) Suspicor legi debere اسمع in prima perſona, ut præcedens اقول. Sed ipſum سمع ſuſpectum facit rythmus, qui verbum poſtulat, quod reſpondeat اضبع.

(46) Minus bene *Schult.* واخرب.

(47) Corrupte in noſtro جواري pro جوان, uti recte *Picq.* & *Schult.*

(48) Perſiſmus eſt كروفر, quod *pompam faſtumque* notat. Vid. *Menynsk* in voce كر, & conf. ſupra p. m. 154. T. I. ubi de *Principe Valio* dicitur: *tergum vertit, poſtquam obliquis oculis reſpexit ad id, quod vidit de* [*priſtina*] *ſua gloria & faſtu* لما لاحظه ما راي من كره وفره.

(49) Verior hæc videtur lectio ex *Schult.* & *Picq.* præ فوقاني in noſtro.

قضايا تبسمون الطويلة العريضة نبذة، (⁵⁰) وخبيئة
بكتف الافكار من قوس حكاياته جبذة، فنثلث
في بيادها من بديع المعاني البجبة، وسلك
وقد صرفت ذهنه مشرق المنطق سباق الكلام
عضبه، وشحذت (⁵¹) غربه نجات بعون الله تعالي
طريفة المعاني، كاملتها لطيفة (⁵²) المباني، فاضلتها
قلت (⁵³)

بالفاظ (⁵⁴) الحاظ تشير الي النهي
تعلم فنون (⁵⁵) العلم كيف يكون،

حوث

(⁵⁰) *Picq.* وجبذث, fenfu eodem.

(⁵¹) *Byzant.* & *Scbult.* عرمه, fed præftat ex altero غربه quod fpeciatim notat *aciem gladii, quæ curvatura antrorfum vergit*, ut in carmine *Ibn Doreid.*

(⁵²) *Picq.* المثاني propr. *flexuræ*, fpeciatim *duorum verfuum ejusdem rytbmi.*

(⁵³) Addit *Picq.* فى مراة الادب شعر. Conf. p. 184. T. I. ubi hujus fui operis, quod infcribitur *fpeculum Etbicum*, ipfe auctor mentionem facit.

(⁵⁴) Oculis fermonem fuum eleganter tribuunt Arabum poëtæ, quemadmodum fit in verficulis, quantum novi, ineditis incerti poetæ, quos ex *Meidanenfi* meo lubet adfcribere:
اشاراتنا

lidius attraxi ſcapula cogitationum arcus hiſtoriarum ejus, in quibus exponendis ſagittas raræ facundiæ e pharetra eduxi, extraxique, quem vibravi verſus orientem dialecticæ, gladium acuti ſermonis, & exacui ejus mucronem, atque adeo advenit, juvante Deo altiſſimo, conſummata elegantia eloquentiæ, præcellens gratia ſtructuræ: dixi [*in ſpeculo Ethico* verſum:]

Sermone nictuum oculi indicium facies intelligenti,
Docturus, quomodo ſeſe habeant diverſæ ſpecies doctrinæ.

Quæ

اشاراتنا في الحب رمز عيوننا
وكل لبيب بالاشارات يفهم
حواجبنا تقضي الحوايج بيننا
نحن سكوت والهوي يتكلم

Indices noſtri in amore ſunt oculorum nictus,
Et prudens quisque indicia illa intelligit.
Supercilia noſtra negotia inter nos tranſigunt;
Nos ſilemus; amor vero loquitur.

Hunc ſermonem intelligere ita proprium faciunt ſapienti, ut in adagium abierit: لن من لا يعرف الوحي احمق *utique, qui nutum non intelligit: ſtultus eſt.*

(55) *Picq. & Schult.* السحر *faſcinationis.* Conf. quæ ſupra p. 792. n. 4. ea de re obſervavi.

حوت رقة الجزل ودقته، (56) ورياقة
الغزل ورقته، ولطاوة الأدباء وظراوة
الشعراء وفصاحة البلغاء وبلاغة
الفصحاء وحقايق الحكماء، ودقايق
العلماء، مع الأمثال الفايقة، والاستشهادات
الايقة، (57) والاستطرادات الرايقة، والتشبيهات
الغريبة، والاستعارات العجيبة،
ونوافث السحرة من علماء البيان، وذوات
المهرة من ارباب الديوان، ومزج
جلبل التجنيس فيها (58) برايق التغزل،
ونسجت جديد الجد (59) بسحيق التهزل،
وطرزت خلع ذلك كله باعلام الابيات
الشريفة، ونقوش الاحاديث
الكريمة المنيفة، اصبحت
بكل ذلك معجز العقد
وطبقت بجسامة مفصل (60) الضرب فلت

كان

(56) Legendum puto ورايقة quomodo mox redit.. Conjungi vero folet الرقة *mollities* cum الغزل. Vid. *Carmen Tograi* verf. 11.

Quæ complectitur teneritatem copiosæ facundiæ, ejusque subtilitatem, & admirabilem pulcritudinem confabulationis amatoriæ ejusque mollitiem, atque elegantiam eorum, qui liberaliter educati sunt, & venustatem poëtarum, & facundiam eloquentium, & eloquentiam rhetorum, & certas veritates sapientium, & subtilitates doctorum, cum adagiis præcellentioribus, & testimoniis idoneis, & novis inventionibus pulcris, & comparationibus rarioribus, & figurationibus miris, & præstigiis magorum ex doctoribus eloquentiæ, & dictis rarioribus sagaciorum ex consiliariis; atque miscui granditatem paranomasiæ, quæ in iis est, cum gratia dissimulationis amatoriæ, & contexui novum sermonis serii cum tritis facetiis, quod omne, veluti auro intertexto, notis signorum illustrium [*commatum Alcorani*] & picturis dictorum nobilium, augustorum, plumavi; in quibus omnibus consecutus sum falcem propositi, ejusque gladio penetravi in articulum amputationis. Dixi:

Adfuit

(57) Mendose in nostro والاستطرادراث pro والاستطرافات, uti recte in altero utroque legitur.

(58) *Cod. Schult.* برقيق quod prætulerim, ut maxime proprium sequenti التغزل.

(59) Cod. *Schult.* بنعتق.

(60) Ita quoque *Schult.* at *Picq.* المضرب.

كان النهي قد كان (61) عني ناعسا
ومن (62) علي (63) اذينه ما انلعظ ،
فذاق لهذا الشهد صدق حلاوة
ففتح عينيه وجاء (64) يتلمظ ،

فمن اراد التنزه في التواريخ فعليه بمداومة تكرارها ،
ومن قصد (65) التعكه في رياض
الاشياء فليقتطف (66) ازهارها ،
ومن سلك طرايق الادب فليجن
في حدايقها جني ثمارها ،
ومن رام (67) التسلق الي ذروة
العلوم فليتشبث باذيال استارها ،
ومن طلب الاعتبار بتقلبات
الزمان فليتامل حقايق اخبارها ،
ومن اعتني بسياسة الملك فليتدبر دقايق اسرارها ،

مع

(61) Addit iterum *Picq.* في مراة للادب شعر.

(62) *Cod. Schult.* فنمر *ſuccenſuit, indigne tulit* &c.

(63) Ita malim ex *Picq.* pro اذنبه.

(64) يتلمظ eſt *fut.* in 5. a لمط *linguam per labia circumduxit ad detergendas cibi reliquias*, de quo plura dabit *Cl. Schult.* ad *Harir.* v: 91.

Adfuit mihi vir sapiens, qui jam erat proclivis ad somnum,
Voluitque leviter percipere, quod eloquerer;
Sed, simul ac gustavit sinceram suavitatem hujus mellis,
Oculos suos aperuit, venitque ut id delamberet.

Qui propterea sese cupit oblectare in campis annalium, ei incumbit, ut adsiduus sit in illis repetendis;
Et qui sibi proponit voluptatem capere in hortis styli elegantioris, decerpat eorum flores;
Et qui sectatur tractus eruditionis, recondat in eorum palmetis fructus ibi decerptos;
Et qui scientiarum fastigium optat conscendere, ungues infigat in lacinias velorum earum;
Et qui desiderat, exemplis revolutionum temporis admoneri, attento animo expendat verissimas earum historias;
Et qui curæ habet artem regnandi, meditetur subtilitates mysteriorum ejus;

Etsi

(65) *Byzant.* تفكر, sed præstat, quod in aliis legitur, تفكه deriv. v. speciei, verbi فكه; *hilari animo, festivus jocosus fuit*, unde فكاهة de *joco* in carmine Togr. vers. 11. & التفكه *ipsum usum hilarem deliciarum* significat, ut in illo وقضوا من التفكه supra p. m. 926. Conf. *Coran. Sur.* LVI: 67.

(66) Inserit *Cod. Picq.* جني *pulcros, pretiosos* flores &c.

(67) Ita malim ex eodem pro تسلبق, quod in *Byzant.* legitur.

مع انـي لم اوفها حقها في التهذيب، ولم تنل استحقاقهـا
فـي حسن الترتيب (68) والتسريب، لان الكلام كالدر
المنتظم، (69) والدر المنسجم، لا بد ان يعانق لفظه ومعناه
اولا واخرا، وتتطابق عبارته وفحواه باطنا وظـاهـرا،
والا اخـتل نظمه، واعتل فهمه، وانحطت منزلته، وسقطت
مـن سلم الفصاحة درجتـه. وهـذا احتاج الي نحو
ذهـن صـاف، ومعدن علـم بكفالة ما يتم به عقود
جـواهره واف، وذوق احلي من العسل، وفكر امضي
من الاسل، ويحتاج كما قبل الي حاضر من التوفيق
ومعادن صالح مـن النبية فـان غروب الالسنة ربما (71)
جاوزي الـي يثبت علي القايلين الحجة ومن لي بذلك،
واني يتـيـسر لــي ســلـوك هـذه (72)
المـسـالـك، وكـنـت (73) طـالـما
ادوق

(68) *Cod. Schult.* والتشريب ; *Gol.* والتشذيب, quod notat *resecare*, hinc *apte pulcreque instruere.* Conf. p. m. 530. T. II.

(69) *Cel. Schroed. de vest. M. H.* p. 195. ubi locum nostrum laudat, legit والدر المنسجر & *in seriem conjunctis.*

(71) Ita malim ex *Cod. Picq.* pro جاورت, quod in nostro exhibetur.

Etsi quidem in iis aptandis debitum non plene præstiterim, neque adeptus fueris, quod mereantur, pulcritudine ordinationis, & exercitii; quoniam oratio comparanda est margaritis in filum consertis, & imbri effuso, necesse est, ut se invicem amplectatur sermo, & significatio ejus, tam prima, quam ultima, ejusque amplificatio scopo ejus interius, & exterius respondeat. Cæteroquin diffinditur ejus series, & debilitatur ejus sensus, ejusque dignitas præcipitatur, & gradus honoris ejus decidit a scala eloquentiæ. Hoc autem indiget via ingenii defæcati, & fodina doctrinæ, quæ sufficiat datæ fidei, nodos margaritarum ejus probe perficiendi, & gustu, ipso melle dulciori, & attentione, quæ magis penetret, quam hastæ. Opus quoque est, uti dictum est, præsenti concursu Dei, & fodinis probæ intentionis, quandoquidem cuspides linguarum sæpenumero prætermittunt id, quod argumentum dicentium confirmet; quisnam vero mihi hac parte [opem feret?] & undenam mihi facile fiet hoc iter viarum difficilium? Tam diu vero sagittam attentionis in campo contemplationis aptabam

(71) المسالك *viæ* nunc speciatim sonant *vias difficiles*, & *arduas*, ut sæpe alias. Vid. *Exc. Ham.* p. 394.

(72) Pro طالما per compendium in *Cod. Schult.* exaratum legitur, طالم, uti فبم pro فبما. Vid. supra ad p. 366. T. I. Vocem vero hanc sic explicat *Tebleb.* ad *Harir.* XII. ما كافه لطال عن طلب الفاعل ولا يكف من الافعال الا ثلاث قل وكثر وطال ؛

افوق سهم (74) النظر في ببداء التامل نحو قبض معنى دقيق، (75) واصوب غواص الفكر في دماء التدبر الي جوهره قصد رقيق، حتي اذا قلت فسار الفناص، وجار الغواص، واذا بقاطع الشواغل قطع (76) بترس العوادن علي سهم خاطري الطريق، وبتمساح الهموم، التهم غواص فكري فاذا هو في بحر (77) الغموم غريق، (78) فتسدن في وجه قصدي المسالك، واحر من نهار (79) زاهر الي ليل حالك،

فاني لتتقي للتطر دبرا،
ولم تظفر يدي منه بودعة *

لكن لما كان الشروع ملزما، واتمام ما شرعت به محتما، لم ار بدا من (80) الحمام ما اسديته واصماء ما

(74) Ita rectius codex alter uterque pro المنظر in nostro.

(75) Simili ratione فوق & صوب geminari videas p. m. 602. T. II.

(76) Ita, quod magis huc quadrat, *Cod. Picq.* pro بقوس.

(77) Iterum in nostro hic legitur الهموم, sed præstat ex altero utroque الغموم, a غم *moerore affecit*, & quasi *suffocavit*.

aptabam ad capiendam prædam ſenſus ſubtilioris, atque meditationem, velut urinatorem, in *imum fundum* attentionis ad [extrahendam] margaritam conſilii mollioris immittebam, donec, quando dixi: [*præda petita*] *potitus eſt venator*, & *collegit* [margaritas quæſitas] *urinator*, ecce, graviores curæ, ad inſtar alicujus latronis, clypeo infortuniorum ſagittæ animi mei viam interceperunt, & ſollicitudines, inſtar crocodili, inglutiverunt urinatorem attentionis meæ, quæ ipſa quoque in mari mœrorum ſubmerſa fuit, & viæ obſtructæ fuerunt in proſequendo meo propoſito, atque ita perveni a die ſplendido, ad noctem nigerrimam.

Utique ſelegi, ad conſerendum, uniones;
Sed manus mea ne conchulas quidem inde obtinuit.

Verum tamen, cum ingreſſio adigat [ad viam proſequendam] & abſolutio ejus, quod inceperis, ſit neceſſaria, non vidi effugium a pertexenda tela, cujus ſtamina poſueram, & conficienda præda, quam ferieram; ideoque

(78) Ita malim ex *Picq.* & *Schult.* pro فسن.

(79) *Cod. Schult.* انزهبز; alter انزهر.

(80) Pro اتمام *Cod. Picq.* rectisſime legit الاجمام, 4 verbi اجم, quod in 4 ſpecie maxime proprium eſt *telæ, quæ perteritur*, atque eleganter reſpondet alteri اسديتة. Conf. *Excerpt. Ham.* p. 598; ut, quod proxime ſequitur صما, *petivit, & occidit*, *quo loco vidiſſet, prædam*, τό. اصمى. vid. p. m. 440. T. 1.

مـا انمبته، نصرت فـي (81) وعورة اقع واقوم، وفـي
بعورة اغطس. واعوم، (82) ان راق راكد الخاطر، او
حمي الفكر الفاتر، وتذكرت من الكلام اوايله،
الحقت بكل منهم ما شاكله، واذا (83) ازعجه من
الزمان الجفا، فتكدر منه ما صفا، (84) وتبلدت
الافكار، وتولدت (85) الاخطار، وتساوي عند بصر
البصيرة الليل والنهار، قلت

اكمل كل سطر بعد شهر،
وابني كل بيت بعد عام.

فلا اضع المحمول، الا وقد حمل الموضوع، ولا اذكر
الخبرا (86) الا وقد نسي المبتدا قلت (87) مضمنا

والفكر

(81) Ita *Cod. Schult.* pro دعواه in noſtro.

(82) Al. وأن.

(83) Pro hoc uſu verbi زعج in IV. ſp. conf. *Ibn Dor.* I: 234. & *Bohanedd. Vit. Salad.* p. 115.

(84) Pro وتبدلت, quod languet, unice hic quadrat ex *Picq.* وتبلدت, quomodo ſupra p: m. 128. T. 11. dixit noſter: وتبلدت الفهوم،

ideoque in ejus ſaltibus cecidi, & ſurrexi, atque in maribus ejus ſubmerſus fui, & natavi. Si quando reſplenduit vibrans vis animi ſtagnantis, aut incaluit attentio tepida, & in memoriam revocavi initia ſermonis,[15] inde id omne deſumſi, quod conveniret; quum autem exturbavit eum injuria temporis, limpidum ejus fuit conturbatum, & attonitæ hæſerunt cogitationes, & prognata fuerunt pericula, & penes oculum vigilantem æqualis evaſit nox & dies. Dixi:

Lineam omnem perficio poſt menſem, & omne diſtichon poſt annum compono.

Neque foetum pario, quin uterum jam ferat foetus, neque memini prædicati, niſi memoria jam exciderit ſubjectum: recitavi alterius poëtæ verſiculum:

Medita-

(15) الأخطار dė *periculis terrorem incutientibus* noſtro admodum frequens eſt ut in illo فركب الأخطار p. 364. T. 1 & p. 138. T. 11. ubi conjunguntur الأهوال & الأخطار.

(16) المبتدا & الخبر vocabula nunc ſunt artis Grammaticæ, quorum illud *prædicatum*, hoc *ſubjectum* orationis ſignificat. Vid. *Guadagnolii Inſtitut.* p. 224.

(17) Pro مضينا, ut ſupra p. 126. T. 1. *Cod. Picq.* exhibet شعرو.

والفكر كالبحر يبدي لي جواهره
مع الصفا ويخفيها مع الكدر ٭

فتنخرم (٨٨) القاعدة، ويختلط راس المال والفايدة، فقل لي (٨٩) اني (٩٠) ينتظم لي قال، وقد انفرط نظام الحال، هـــذا وان الكلام له مقامات، ولكل من الفصاحة والبلاغة درجات، قلت قديما (٩١) مـــتـــرجـــمـــا شعر

ما استوي في موقف افصاح منطبق واو
قد سحبا (٩٢) سحب سحبان واصمي الاصمعي ٭

فابتكر؛

(٨٨) *Cod. Picq.* in VIII. ſp. فتخترم.

(٨٩) Idem لي omittit.

(٩٠) Elegantem hanc metaphoram multa exemplorum copia inſtructam vide a *Celeb. Schroedero* de V. M. H. p. 195. ſq.

(٩١) Eadem forma *de ſermone, ex alia lingua translato*, occurrit quoque ſupra p. 274. T. I. & 208. T. II. nec non apud *Abulpharag*. p. 78. & 264. & *Bohad. Vit. Salad*. p. 130.

(٩٢) *Cod. Picq.* سحبا *humi trahere*, quod nunc valet, *omnem*

Meditatio est instar maris, quod suas mihi ostendit margaritas,
Quando clarum est; sed conturbatum eas occultat.

Revulsumque fuit fundamentum, & perturbata summa capitalis una cum fenore; dic ergo mihi, quomodo mihi sermo in filum conseratur, turbato hoc rerum statu, [veluti disrupta linea margaritarum;] Sermoni certe suæ sunt stationes, & omnis eloquentia atque facundia certos habet gradus: dixi olim carmine ex alia lingua translato:

Facundissimus in eloquentia ad summum culmen non adscendit, etsi
Vel maxime memoriam Sebbani obliteraverit, ipsumque prostraverit Asmæum.

Tecum

nem gloriam & memoriam Sebbani, Arabum eloquentissimi, sed longe superati, obliterare*, quomodo *Harir.* v. 68. de eodem dixit: سحبوا على سحبان ذيل النسيان; ubi plura dabit, *Cl. Schult.* Incomparabilem illam *Sebbani* facundiam laudatam vide in *Sadii Gulist.* p. 310. & conf. *Pocock. ad Spec. Hist. Ar.* p. 348; de altero vero illo *Asmæo*, supra ad p. 64; Ceterum elegantissima, quæ in hisce regnat, paronomasia, vel me non monente, facile observari potest.

فانتكر (٩٣) فبما ترى في منزل اعبي الوري
هل تري (٩٤) تبت (٩٥) تجاري قبل يا ارض ابلعي ،

وايسن مسن يوفي المقامات حقها ، ويعطي كل مستحق منهـا مستحقها ، ولقد سلكت في هذا الكتاب مسلك ابـنـاء العصر ، وطريقة اولاد الدهر ، فان الناس بزمانهم اشبه منهم بابايهم ، ولقد اخذت فيه اخذ (٩٦) العرب العرباء ، والبسته في الفاظه ومعانيه ثوب الاستقصاء والاباء ، وابرزت ما قصدته من المعاني (٩٧) الجزلة العجيبة في قوالب الالفاظ (٩٨) فجلة غريبة ، لما التفت اليه ولا عول لقصور الفهم والافهام عليه ، ولما كانت المجازات المشهورة ، خيرا من الحقايق المهجورة ، والغلط

(93) *Cod. Picq.* وانبتكر; VIII fp. verbi فتكر, quæ etiam occurrit p. 8. T. I.

(94) تبت a تب *periit*, unde formula illa in *Corano Sur.* CXI: I. تبت يدا & ;تبا لطالب دنيا *Harir. Conf.* I. p. 28.

(95) In utroque altero proftat تحادي, corrupte; fed nec ipfum تجاري omni dubio exemtum mihi videtur.

(96) Quinam dicantur العرب العرباء, *Arabes puri, genuini*, docuit *Pocock. ad Spec. H. Ar.* p. 39.

Tecum itaque confidera, quid videris in hospitio defatigationis humanæ,

Num vidifti, periiffe mutuum confenfum? dicitur: o terra abforbe me!

Ubinam autem ille, qui, quod confesfibus jure debetur, plene perfolvat, & omni bene merito dignam eorum mercedem largiatur? Verum tamen fecutus fum in hoc libro femitam hominum hujus ætatis, viamque eorum, qui noftro tempore nati funt, namque homines fuo feculo fere fimiles funt patribus fuis, & fane in eo obfervavi modum *verorum Arabum*, eumque, quod ad fermonem, ejusque fenfum, indui vefte fummæ diligentiæ, generofæque pertinaciæ, & in lucem emifi, quod de fenfibus copiofis, admirabilibus, propofui, in formulis vocabulorum præcellentium, rariorum; quia habita ejus ratione, fiducia in eo non ponitur propter defectum ftudii & intelligentiæ; & quia metaphoræ celebriores præftant proprie dictis fententiis futilibus, atque vulgo receptus, quamvis parum accuratus, modus loquendi potior

(٩٧) Legitur vulgo الحزلة, quod vocabulum eft inufitatum; pro الجزلة *magnum*, *copiofum*, &, de fermone fi adhibeatur, *difertum*; fic fupra dixit nofter p. m. 366. T. II. وعدة مواعيد الجزلة. Confirmat hanc emendationem alterum epitheton العجيبة, ut recte habent reliqui codices pro القبيحة in noftro.

(٩٨) فحلة proprie *admiffarii*, pl. فحول, de quo vide *Cel. Schult. ad Ham.* p. 366.

والغلط المستعمل ، اولي مـــن الصواب المهمل ، ابرزتها في اشارات رشيقه ، وعبارات (۹۹) دقيقه ، وعملت في بعض الـــمــــواضع بقوله ، ان عمدا كسوت مذهبا معتمرا ، واو (۱) اشا حبكـــتـــه مـــحـــبـــرا ، وقـــد قيل

انا جسست في لفظي قصورا
وخطي (۲) والبراعة والبيان ه
فلا ترتب (۳) لرقصي ان فهمي
علـي مقـدار ايقاع الزمان ه

ثـــم ان بـيـــن هذا الكتاب ، وبين ما صنفه قبله ذووا الاداب ، لبـــونـــا مديدا ، وامدا بعيدا ، بوجوه منها ان زمـــانــــه كان بالرفاهية يساعد ، وانا في عصر لا ســاعـــد لـــي فـــيــه ولا مساعد ، ومنها ان وقتهم كله

(99) Alii legunt رقيقة.
(1) اشا prima fut. verbi وشي , *pinxit, variegavit vestes* ut fit in *Jemanensibus*, حبر dictis, unde ad *pictam eloquentiam* pulcre transfertur. Vid. Harir. III. p. 176. & v. p. 156.

tior est sermone recto, sed inusitato, edidi eas cum al- allusionibus vibrantibus, & tralationibus subtilibus, atque ejusmodi sermonem in nonnullis locis adhibui, quando data opera viam frequentatam secutus sum, etsi ejus texturam, veluti opere phrygionico, figuraverim; jamque dictum fuit:

Quando in sermone meo defectum observaveris,
Et passum grandiorem, & praecellentiam, & facundiam,
Ne tamen dubites ob meam tripudiationem, scientiam meam
Superare modum concentuum temporis.

Deinde inter hunc librum, & quos ante eum composuerunt eruditi, per longum utique temporis intervallum, fortuna vitæ commoditate iis opem ferebat; ego vero ea ætate vivo, ubi nullum auxilium, nemo, qui opem mihi ferat, reperitur. Hinc fiebat, quod eorum tempore inter

(²) خطي *passus*, spec. *grandior* vid. ad *Exc. ex Ham.* p. 446. In *aliis* vero prostat حطي.

(³) *Al*, inverso ordine لتهمي ان رقصي; *Picq.* التهم

كان فيه من يربي الفضل واهله،
ويجل كلا منهم محله، من
الملوك والاكابر، وذوي الفضايل
والمآثر، وارباب المناصب
والمفاخر، واقل من فيهم كان
يحب السماع، ويميل الى الفضل
والادب بالطباع، فكان الفضل فضيلة،
والادب خصلة جميلة، واما الان فقد
انقلب باهله الزمان فصار
جاهل الفضل من رهطه، والمنتظم
من العلم في سلكه وسطه،
كانه سارق (4) عملة تحت
ابطه، ومنهما ان الافهام
كانت متحركة، وكانت لتلك
(5) قريحة المتحركة متحركة،
ولقد صارت الافهام جامدة،
والقرايح (6) خامدة، [ونارها هامدة]
ومنهما ان غالب ما صنف اخبار كاذبه، وسهام
اعراضه

(4) *Cod. Schult.* عملته.
(5) القريحة *prima e puteo scaturiens vena* ad ingenium alacre &c

inter reges, & magnates, & viros excellentes, illuſtres, dignitatibus atque honoribus conſpicuos, eſſent, qui alerent præſtantiorem doctrinam, &, qui ea eſſent præditi, eosque ſingulos pro dignitate ſua exciperent, & minimus inter illos lubenter eos audiret, & ſuapte natura inclinaret ad ſapientiam & eruditionem; tunc erat ſapientia gradus ſuperior præſtantiæ, & eruditio pulcherrima proprietas; quod autem ad noſtram ætatem attinet, hoc utique tempus cum ſuis hominibus inverſum eſt, &, qui de familia ſua adfert ſapientiam, atque eruditionem juſta ſerie & ordine conſertam, evaſit, acſi mercedem ſub axilla ſua furtim abſtuliſſet. Hinc factum, quod [olim] ingenia facile multa comprehenderent, atque propterea oratoris vena promta eſſet, nunc autem ingenia congelata evaſerint, & ignis venarum conquieverit. Hinc factum eſt, quod prævaleant jam libellorum mendacium ſcriptores, & tela ſcopum

& inexhauſtum eleganter transferri ſolet. Vid. *Harir.* II. p. 99. VI: 190. Hinc fluxit figurata illa locutio جمود القريحة *congelatio venæ*, de ingenio ſtupidiori, quemadmodum ſupra p. 94. T. I; cujus contrarium eſt, ut in noſtro loco قريحة متحركة *vena mobilis*, pro quo ibidem p. 524. dixit: قريحة نعالة.

(6) Addit alius codex ونارها هامدة.

اعراض غبير صايبه، لانه لا واقع تطابقه، ولا خارج توافقه، (7) نعمن مصنفها السي ما (8) عقدته مخيلته، وتوهمته فكرته، فالف حسبما اراد، واسس على مقتضى اختياره ما شاده وشاد؛ واما هذا الكتاب فاخباره صادقه، وكلماته بالصدق ناطقه، ان هي وسي الواقع للخارج مطابقه، فابداها منشي (9) الخاطر واعان على طبق ما اريد منه ووفق ما اراد، ولبثني في (10) هذا وهذا كفافا، اخلص من خيرها (11) وشرها معافا، ولين ساعد الزمان بترفية الحال، وخلا من سكان الهموم (12) ربع البال، لاتبعن اثاره، ولاستبرن بقدر الامكان (13) عواره، ولابدان الجهد في

(7) Mendose vulgo legitur نوافقه pro توافقه, quod reposui, & speciatim de *sagitta* scopum feriente dicitur, ut in illa formula apud *Gigg.* p. 1340. وافقت بالسهم السهم *illum probe instruxi* q. d. *sagittam cum sagitta convenire curavi.* Nihil autem in stylo figurato Arabum frequentius, quam عرض تو, sive certo proposito, *telum*, quod *scopum feriat*, tribuere, quomodo apud *Ispahan:* habes p. 6. صايب السهم; utque telum *sagitta emissum* الخارج *exiens* dicitur, ita verbum وقع, de eodem jam *cadente*, proprie adhibetur; conf. illud *Elmac.* p. 102. وقع في ذهن ابرهيم سهم, & versum e *Nawabig.* laudatum a *Celeb. Schult.* ad *Ispahan.* loco citato.

(8) Ita *Pirq.* & *Byzant.* sed *Schult.* عقلته, idemque mox pro nostro فكرته exhibet معكرته.

pum suum non feriant, cum certe telum decidens ei non respondeat, neque emissum huic conveniat, & eorum auctores, quod connexuerit ipsorum imaginatio, sibique finxerit meditatio, arripiant conjungantque pro voluntate sua, &, quemadmodum exigit arbitrium suum, componant, quæ recitant & efferunt; quod autem ad hunc librum, ejus relationes veraces sunt, ejusque verba veritatem loquuntur, cum hæc [veluti tela] sive jam cadentia, sive emissa, sibi respondeant; eas vero [relationes] animus, tanquam auctor, de novo produxit, aut aliunde acceptas repetiit secundum ordinem desideratum, & pro ratione voluntatis suæ; utinamque in his & illis mihi sufficiens, a bono, & malo immunis evaderem! quod si vero tempus commoditate status opem tulerit, & mansio cordis ab ærumnis, veluti habitatoribus, vacua fuerit, ejus vestigia prosequar, &, pro ratione virium, pravitatem ejus obvelabo, atque studium meum impendam in eo recte administrando, corrigendo, & emendando.

(9) Al. الخاطر الخاطر *vibrans vis animi.*

(10) *Picq.* حذه وعذه.

(11) Ita *Picq.* & *Byzant.* sed *Schult.* ضرها وشرها, quod præferendum videtur.

(12) الرَبع, ut & ejus synonymum المربع, speciatim notat *mansionem vernam.* Conf. *Harir.* II. 134. & VI: 258. بال vero non *animum* modo, veluti Chald. בל *Dan.* VI: 14. significat, sed etiam cum حال, *status*, *conditio*, sæpe permutari solet.

(13) عوار proprie res est, quæ *oculum dolore adficit*, spec. *festuca*, *palea*, hinc ad *pravitatem* transfertur; simili metaphora, qua usus est servator noster *Math.* VII: 3, 4.

في (14) ترقيعه، واصلاحه وتنقيحه، والا فالصفح مامول، والعذر عند كرام الناس مقبول، والمسول من صدقات ذوي الادب، البالغين في البلاغة اعلي الرتب، ان يسبلوا ذيل الاغضاء عليه، وينظروا بعين الافادة والاستفادة اليه، ويقبلوا (15) العثرة، ويقبلوا المعذرة، (16) ويسددوا امره، ويجبروا كسره، ويرقعوا خلله، ويحققوا امله، راجين من لطف الله ما ارجو منهم، لعل الله سبحانه ان يعفو عني وعنهم، مع انا كلنا في (17) الهوي سوي، وانما الاعمال (18) بالنيات ولكل (19) امري ما نوي، والحمد لله حمدا يملاء اردان الامكنة، ويعطر خياشيم الازمنة، وصلي الله علي سيدنا محمد صلاة تبلغ قايلها مامنه، وتحله بشفاعته

في

(14) De proprietate & ufu verbi noftri رقع vide, quæ copiofe dedit *Cel. Scbult. ad Harir.* VI. p. 209.

(15) Geminus ufus verbi قبل obfervatur in formula fignata apud *Gigg.* p. 1471. اقال الله عثرته *condonavit Deus ejus delictum; irritum id fecit;* proprie *dormire illud fecit.*

(16) Hæc usque ad خلله omittit *Cod. Scbult.* Putem vero pro ويستدوا legi debere ويسددوا in II fpecie, quæ activam habet vim, & fignificat *recto ductu propitius juvit*, *bene direxit alicujus negotium.* Cæterum conf. cum hoc loco geminas locutiones p. 524. T. I, & 832. T. II.

dando. Verumtamen ignoſcentia ſperanda eſt, & deprecatio culpæ penes homines generoſos facile admittitur; qui vero eleëmoſynas petit ab eruditis, conſummatis eloquentia, ad altiorem dignitatis gradum evectus eſt, quam ut *inclementiæ ſyrma ſuper eum trahant*, ſed eum reſpicient oculo, lucrum dante & accipiente, atque lapſum condonabunt, & acceptam habebunt ejus excuſationem, ejusque negotium bene dirigent, integritati reſtituent ejus fracturam, veſtem ejus laceram reparabunt, & ſpem ejus confirmabunt, ſperantes a divina lenitate, quod ego ab ipſis ſpero, Deum, cui laus ſit! forte mihi ipſisque condonaturum, cum omnes utique verſemur in ſimili cupiditate. Tantummodo opera ſiant cum intentionibus, & unusquisque habeat, quod intendat. Laudetur Deus laude, quæ impleat manicas locorum, & fragrantiſſimo odore imbuat nares temporum! Benedicat Deus Domino noſtro Muhammedi benedictione, quæ perducat illam recitantem ad locum ſecuritatis ejus, eumque

(17) الهوكي *cupiditatem vehementiorem* deſignat, ſed poteſt etiam accipi pro *plur. fracto* ab هوة pro هوية, *fovea profundior*, *barathrum malorum*. Vid. *Floril. Sentent.* p. 174. n. XVI.

(18) Ad *Muhammedem* refert hoc dictum, الأعمال بالنيات *Borhaneddinus* in *Enchir. ſtudioſi* p. 20; hoc enim ſibi volunt ejus verba, quibus ſenſum plane alienum adfinxit *Relandus*, ubi vertit: *executio intentionum eſt vera enarratio de Apoſtolo Dei.*

(19) *Cod. Picq.* أمر.

في الفردوس الاعلي مسكنه، وعلي اله واصحابه الذين استمعوا القول فاتبعوا احسنه، ونستغفر الله من حصايد الالسنه، وحسبنا الله ونعم الوكيل (²⁰) نعم المولي ونعم النصير،

تم

Codici Byzantino fubfcripta hæc leguntur verba

وكان الفراغ من كتابة هذا التاريخ العجيب، الذي لم ينسج علي منواله كل اديب، صبيحة يوم الاثنين المكرم، تاسع شهر الله المحرم، سنة الف واحد وعشرين، ماضية من السنين، احسن الله ختامها، وجعل بالخير اتمامها.


Codex

(²⁰) *Cod. Schult.* hæc reliqua non habet, fed addit : ولا حول ولا قوة الا بالله العلي العظيم، استغفر لله،

que collocet per intercessionem ipsius in altissima mansione Paradisi, item familiæ comitibusque ejus, qui audiverunt [ejus] sermonem, & optimam ejus viam [*Islamismum*] sectati sunt! Deumque obsecramus, ut condonet delicta, ob quæ linguæ præcidantur! Sufficit nobis Deus, & o egregium illum procuratorem, egregium dominum, egregium adjutorem!

F I N I S.

Finita fuit nitida descriptio hujus Historiæ admirabilis, quam nullus eruditus super liciatorio suo contexuerit, die Lunæ sancto, nono mensis Dei, Muharram [dicti] *anno post elapsos annos* [Hegiræ] 1021. *Approbet Deus ejus finem, & bonam efficiat ejus absolutionem!*



Codex vero Piquefianus Parifinus hunc in modum abfolvitur.

ووافق الفراغ من نسخه
صبيحة يوم الجمعة المبارك
سبع عشرين شعبان سنة خمس
وخمسين وثمان مائة
احسن الله عاقبتها غفر الله
لكاتبها ومالكها ومولفها ولمن قرا
فيه ودعا لهما جميعا بالمغفرة
ولجميع المسلمين والمسلمات امين .

Schultens: denique his verbis abfolvitur:

وكان الفراغ من نسخة ليلة السبت في قريب من
اواخر شهر شعبان وقريب من دخول
رمضان المعظم سنة
خمس واربعين وتسعماية

INDEX CAPITUM.

TOM. I.

Cap.

Cap.

TOM. II.

Cap.


Cap.

E M E N D A N D A.

Præfat. p. xiv. *lin. ima.* Pro *Abulabbaſi habenas*, lege, *habenas; Abulabbaſi Ahmedis* &c. ut ita *Abulabbas* inter cognomina *Ahmedis* noſtri ſit, quod, etſi ſatis manifeſtum, me tamen, iſta vertentem, fefellit.

Tom. II. p. 31. *l. ima.* Pro *evibrantur*, lege, *jaculantur.*

Si quæ alia hujus generis æquus & peritus lector offenderit, ea facile corriget, & boni conſulet.



Nnnnnn

